



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Clarissimi Viri Henr. Zoesii Amersfortii, In Academia
Lovaniensi I. V. D. Et Antecessoris Commentarius In Jus
Canonicum Universum, Sive Ad Decretales Epistolas
Gregorii IX. P. M.**

Zoesius, Hendrik

Coloniae Agrippinae, 1691

Henrici Zoesii II. C. In Lib. Secundum Decretalivm Gregorii IX. P. M.
Commentarius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62329](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62329)

quatenus arbitrium non continet peccatum per partes non remissibile, *c. 2. eod.* & servari sua forma compromissi. Quo modo, uno ex arbitris adu[m]pris mortuo ante sententiam, ab aliis ea prolata non tenebit, *c. ex parte 10. h. t.* Uti nec tenebit, altero compromittentium mortuo: neque enim in hæc dem extenditur, nisi aliud sit cautum, *c. fin. h. t.* Quamvis unus ex tribus contumacia dictam ab aliis sententiam non faciat inutilem, *c. fin. eod. in 6.* ne malicia unius actum impediat nisi tamen cautum sit, ut omnes adliant. & per omnes sententia proferatur, *Gl. in d. c. fin. eod. in 6.*

Si contingat arbitros dissentire, ea sententia prævalebit, quam plures dixerint, & si omnes discordent, minor prævalebit, quod in eam consenserint omnes, *c. 1. eod. in 6.*

Non appellatur ab arbitrio, *l. 1. c. eod.* quod jurisdictione careat. An verò reductio ab arbitri sententia peti possit, dictum *D. eod. in 31.* Non proponitur etiam coram arbitris reconventio, cum de his tantum, super quibus in eos compromissum existit, arbitrentur, nisi forte ita cohaereant, ut causa sine iis expediri commodè nequeat, *c. 6. h. t.* ut supplet ibi Glossa.

HENRICI ZOESII H. C.
IN LIB. SECUNDUM
DECRETALIVM
GREGORII IX. P. M.
COMMENTARIUS.

TITULUS PRIMUS.

De Judiciis.

SUMMARIUM.

1. Ordinis ratio.
2. Iudicium quid, & quotuplex.
3. Citatio etiam in sumario iudicio necessaria.
4. Iudicium constituunt Iudex, Actor, Reus.
5. Iudicem qualem esse oporteat.
6. An minor possit esse iudex.
7. An femina, servus, & filius in causa parvis.
8. Actor & reus quis.
9. Minor & Religiosus personam standi in iudicio non habent.
10. Iudicii partes.
11. Iudicis officium.
12. Iudicium civile intra triennium terminandum, criminale intra biennium.
13. Etiam iure Canonico.
14. Intellectus *c. penult. h. t.*
15. Iudicis potestas.

EXpositis preparatoriis quibusdam iudiciorum, sub fine libri primi, hoc libro secundo principaliter, quæ ad ipsa iudicia spectant, exsequitur Pont. methodo pulcherrima, recedens ab ordine juris civilis, in quo post personas agitur de rebus, aut natura prioribus, * Ratio hujus ordinis est, quod actiones judiciales forma fiat digniores, magisque universales. Universalia autem præmittit verò Pont. primò universalem de iudiciis tractatum: quæ inventa, ne quis propria auctoritate jus sibi diceret, & ultionem sumeret, sed legitime per iudicem obtineret, ad hoc enim indutum esse Magistratum tradit I. C. in *l. 2. § post originem D. de orig. juris.*

Dictum iudicium quasi iurisdictio, *Forus inf. 2 de V. §* Estque legitima rei controversæ inter litigantes coram iudice disceptatio.

Ya-

Varia ejus est divisio. Secundum materiam aliud est Civile, aliud Criminale: aliud Ecclesiasticum, quod vertitur super re aut forum Ecclesie spectante, aliud Laicum, in quo res temporalis tractatur. Hoc coram laico vertitur, non istud: neque enim laicorum est tractare Ecclesiastica, c. 2. h. t. Atque ita in c. 3. eod. causa juris patronatus dicitur tractanda à iudice Ecclesiastico. Aliud item Petitorium, quo agitur de proprietate, aliud Possessorium, in quo quaeritur de possessione. Secundum formam aliud est Ordinarium, in quo servatur solemnis procedendi modus, aliud Summarium, in quo de plano, sine strepitu aut figura iudicii, proceditur, & præter citationem ac necessarias probationes, reliqua juris solemnia omittuntur, Clem. sape de verb. signif. ut in causa electionis, postulationis, provisionis dignitatum, aliorumque beneficiorum, ne Ecclesia diu ministris careat, & ne ministri Ecclesiarum diu stipendiis priventur: item matrimoniorum, ne mutuo corporis usu cum periculo incontinentia, diu fraudentur conjuges: usurarum, ut citissimè restituantur, Clem. dispendiosa h. t. * Citatio non magis omitti potest in summano, quam ordinario, cum spectat ad juris sui defensionem quæ est naturalis. d. Clem. sape & Clem. Pastoralis de iure iur. ut ne quidem Princeps eam remittat. Unde contra non citatum sententia lata non valet, etiam si tendat in ejus favorem, quod ejus omisso contineat defectum substantialem, qui facit actum nulla sui parte valere, Gail. l. obs. c. 75. n. 9. Vant. De nullitatibus process. Tit. de nullit. ex defectu citat. n. 10.

4. Judicium, constituunt tres personæ: Judex, Actor, Reus, Judex est, ad quem vel jure dignitatis spectat causæ cognitio, qualis dicitur Ordinarius; vel ex commissione, qualis dicitur delegatus, de quo supra lib. 1. Tit. 2.

5. * Judex vir bonus sit oportet, prudens, à vitis alienus: quod enim scelus damnet indulgens sibi, & qui exercebit justitiæ munus, ipse iniquitatis famulus? Sit & Jurisconsultus, aut saltem Icto Assessor utatur: item sit competens, de quo Tit. seq.

6. Qu. An & minor possit esse Judex? R. Videri quidem posse minorem X. annis, modo sit major XVIII. l. quidem 57. D. de re judic. ubi

hoc exprimi videtur. Verum dicendum, non posse secundum e. cum vigesimum 21. sup. de officio jud. deleg. nisi ex partium consensu adimatur, & sit major annis XVIII. Atque ita accipienda d. l. juxta d. c. 4. Potest tamen Princeps minorem iudicem dare, & minoris magistratum habentis sententia tenet, propterea quod Princeps, qui magistratum dedit, omnia cum gerere decreverit, d. l. 57. ubi Alex. & d. xi. D. h. t. n. 20. & 21.

Non sit improbatum natura, moribus, legibus. Quæ ratione foemina, quæ officii virilibus non fungitur, iudicio regulariter non præponitur, c. 4. sup. de arbit. uti nec servus, l. cum Prator 12. §. non autem D. h. t. Dicta tamen à servo iudice sententia, qui publice liber habebatur, tenet, propter errorem communem, qui titulo subnixus jus facit, l. Barbarius D. de officio Prator. Non laicus in spiritibus, quæ non tractanda à laico, c. 3. h. t. Filius in privata patris causa non videtur prohibitus esse iudex, l. in privatis 77. D. h. t. licet non sit satis honestum, & detur adversario iusta recusandi causa, secundum l. 10. D. de jurisd. Costal. ibid. & Cajac. 3. ad African.

Actor est, qui actionem intendat, & prior ad iudicium provocat, l. in tribus 13. l. inter 62. D. eod. Reus, à quo petitur, & qui causam dicit à re dictus, quam debet, & plerumque debitorum significat, interdum & creditorem, insit. de duobus reis. Oportet autem partes sint habiles & majores: * nam contra minores non tenet iudicium, cum iis desit persona legitima standi in iudicio: qualis nec est Religioso sine consensu Superioris sui, c. causam 9. h. t. à quo possit actus iudicialis irritari. Lata tamen sententia pro minori, aut Religioso agente sine consensu Superioris, tenet, l. non eo minus 14. C. de procurat. Interdum sine reo iudicium peragatur, eo absente per contumaciam, c. novis inf. sit. 14. Interdum etiam sine actore, quando agitur via denuntiationis Evangelicæ, aut inquisitionis, cap. Novis 13. hoc tit.

Judicii partes sunt duæ: contestatio, quæ est principium sive ingressus litis, & sententia, quæ eam finit. Cætera aut sunt præparatoria, ut citatio, libelli oblatio; aut media, ut probationes; aut consequentia, ut executio. Incumbit iudici causas examinare & iudicare

care, quatenus cognitio ad eum spectat. Nam sunt, quæ non nisi à Pont. judicandæ, veluti si agatur de privilegiis Sedis Apostolicæ, *c. cum venissent 12. h. t.* Finire controversias quam citissime, debita observata solemnitate, ne lites fiant immortales, & partes gravibus impensis onerentur.

12. Jure civili intra triennium causa civilis est terminanda, addita pœna in eos, per quos stabit, quod minus terminetur. Præterea eo decurso finitur instantia, quæ agere pergenti renovanda, cum omnibus iis, quæ ad litem ordinationem pertinent, *l. proferendum 13. §. 1. C. h. t.* Illis tamen salvis, quæ concernunt litem decisionem, cujus ordinis sunt acta probatoria, quæ & alio in judicio vim habeant, *l. pen. in fin. C. de receptis arbit. l. ult. C. de restib.* Quæ decisio cum præcipue sit fundata in publica utilitate, non admittit partium prerogationem, quia juri publico privata pacta non prævalent. Vid. Natta ad *Clem. sepè nu. 71. de verb. signif.* Causa criminalis intra biennium à lite contestata finienda, *l. 3. C. ut intra certum tempus crim. q. term.* Ratio videtur esse, quod publicæ causæ privatis sunt potiores, aut potius quod triste sit longo tempore in reatu hæerere. Quo modo ejus pœna sublevanda dicitur, qui longo tempore fuit in reatu, *l. si diutino D. de pœnis.* Si interea temporis per partes in compromissum itum fuerit, dictum tempus non videtur labi, *arg. Clem. quamdiu de appell. auth. si tamen C. de temporib. appellat.*

13. Est autem controversum, An ista dispositio juris civilis obtineat jure Canonico? R. Esse qui negent, per *text. in c. pen. h. t.* ubi etiam decurso triennio juberet nihilominus delegatus causam cognoscere. Abbas & alii ad *d. c. pen.* Verius tamen est, non esse differentiam inter hæc jura quoad hanc materiam, cum per Canones nullibi sit contrarium dispositum, & ratio abbreviandarum litium etiam hoc jure militet, *c. finem 5. inf. t. 14. de dolo & contum.*

14. Covarr. ad *c. quamvis p. 2. §. 2. n. 10.* Nihil facit, *d. c. penult.* cum in illo tantum agatur de jurisdictionis perpetuatione, qua per lapsum triennii delegatus non privatur? neque enim finitur nisi modis, de quibus supra *t. de off. & potest. jud. deleg.* Ut causam cognoscere deinceps non impediatur, nova nimirum inchoata

instantia, quod & insinuat Innoc. *d. c. pen.* In quo non eadem maneat instantia, an vero sit diversa, non decernitur; ut res illa determinanda veniat secundum jus civile; *arg. c. 2. de novi operis nuntiat.* Quod facit Concil. Trid. quod intra biennium, à die moræ litis, si judicium terminatum non fuerit, dat licentiam adeundi judicem superiorem, *Sess. 24. de reformat. c. 20.* Quod ipsum rectè dicitur procedere tantum in casu, quo stat per judicem, quod minus causa definitur, non etiam si ob causæ qualitatem, aut partium cavillationem, ne puniatur, qui non deliquit, & commodum reportent, qui cavillationibus suis tempus protraxerint, *d. c. penult. h. t.* Et ita resolvisse dicitur Congregatio Card. sacri Concil. Interpretum.

Permissa omnia ea Judici, sine quibus commissa jurisdictio commodè exerceri nequit: quo modo citat partes, cogit comparere, respondere, contumaces excommunicationi subijci, *c. 1. h. t.* Personaliter tamen ut quis compareat jubere non potest, nisi ex speciali Pont. mandato, aut causa exigente præsentiam, ut quia criminalis, aut quia agitur de veritate dicenda, *c. 1. eod. in 6. & alias de quibus Gloss. in c. Pastoralis 14. h. t. tit.* Facta quoque per principales personas proponenda, *d. c. 14. Mulierum testimonium si necessarium fuerit, non ipsæ vocandæ coram iudice, sed ad eas mittendus, qui depositionem excipiat, c. eod. in 6. Prætoræa punit convictum coram se Clericum, non etiam coram laico tamquam non suo iudice, c. 4. h. t. suspendendo, interdicens, deponendo, trahendo brachio sæculari, non tamen pro quibusvis criminibus, d. c. 4. in fine, & non alias, quam si sit incorrigibilis, c. cum non ab hominibus 10. h. t. qua de re latius infra, ad *tit. de pœnis.**

TITULUS II.

De foro competentis.

SUMMARIUM.

1. Citatio, Principium instituendi iudicii, alia est verbalis, alia realis.
2. Forum competentis quis?
3. Citatus coram iudice incompetente impune non comparet.

4. Res

4. Reo dicente se Clericum e jus sit cognitio.
 5. Sortitur quis forum ratione domicili.
 6. Ratione rei sita.
 7. Ratione coi. rati.
 8. Ratione causa.
 9. In causa possessoria rei Ecclesiastica an laicus sit iudex competens.
 10. Item ratione delicti.
 11. Ratione privilegii.
 12. Clericus coram quo iudice conveniendus, etiam in criminalibus.
 13. Laicus iudicans Clericum excommunicatus ipso iure.
 14. An e conveniens Clericum coram laico?
 15. Causa civilis Clerici an laico recte delegetur.
 16. Causas spirituales laico S. P. recte delegat.
 17. Non etiam Episcopus aut alius Pralatus.
 18. Laicus delinquens una cum Clerico non gaudet privilegio fori.
 19. Clericus de causis temporalibus laicorum quando cognoscere possit.
 20. Clericus foro suo renuntiare non potest.
 21. Ne quidem adito juramento.
 22. Clericus renuntians, aut prorogans forum suum quas penas incurrat.
 23. Poena illa non incurritur sola citatione.
 24. Clericus nequidem ratione rei sortitur forum laici.
 25. An neque ratione tutela aut cura?
 26. 27. Clericus laici hares ubi conveniendus.
 28. In causa evictionis rei laico vendita eius iudicem sequitur.
 29. Clericatus superveniens iudicio inchoato non nocet.
 30. Suscipiens Ordines post delictum an exemptus a foro laici?
 31. Exemptio Clericorum a iurisdictione an sit juris divini.
 32. An Papa potuerit Clericos in temporalibus eximere a iurisdictione Principum?
- P** Rincipium instituendi iudicii est Citatio, qua quis in iudicium vocatur iuris experiri causa. Omitti ea non potest, ut dictum Tit. superiori, quia alias iudicium non procederet, cum nemo inauditus sit damnandus. Alia est verbalis, quae fit per apparitorem, aut literas, vel edicto publico, c. fin. inf. tit. 15. Alia realis, quae fit per apprehensionem personae, ex mandato iudicis, l. fin. C. de exhiben.

ris, & quidem rei non actoris; est enim iudiciorum communis forma, ut instituantur in foro rei, l. 2. C. de iurisd. quod sequitur actor, c. 5. hoc tit.

Forum est exercendorum iudiciorum locus, sive sedes iurisdictionis. Competens forum est ordinaria iurisdictionis sedes, cui reus est subiectus; & quidem immediate: nam, proximo iudice omisso, non recte trahitur reus ad ulteriorem. Quomodo Archiepiscopus non est competens iudex in prima instantia subditorum suis Suffraganeis, c. 1. eod. in 6. Excipitur Rom. Pont. ad quem immediate & in prima instantia quis recte vocatur, quod illi sit iurisdictione immediate in omnes Christianos, etiam in prima instantia; nisi sub sit justa & necessaria causa revocandi domum, uti ratione legationis, c. fin. h. e. nisi tamen in loco legationis contractus sit initus; l. 2. §. omnes D. de iur. qua de re Covar. Pract. quast. c. 5. Coram incompetente iudice citatus impune non comparet, l. fin. D. de iurisd. cum extra territorium jus dicenti impune non pareatur; nisi ad hoc, ut de iurisdictione cognoscatur, l. 5. de iud. Si tamen non sit notorium, vocatum non esse de territorio vocantis Clem. Pastoralis, illud de sent. excom. nam quae sunt certa, non sunt amplius certioranda.

Q. An reo se dicente Clericum, cognitio ejus spectet ad laicum? R. potius ad Clericum spectare, cum sit causa Ecclesiastica, non tractanda a laico, c. 2. sup. de iud. Interim laicus iudex etsi supersedere debeat in causa cognoscenda, c. 3. inf. de ordine cognit. incarceratum tamen non relaxabit, cum iudicio pendente nihil sit innovandum, Innoc. 10. e. ut fama inf. de sent. excom. Vide Covar. Pract. quast. c. 33. Barbosa ad l. Titia 35. n. 23. & n. 42. D. soluto matrim. & Remiss. ad Conc. Trid. Sess. 23. c. 6. de reformat. V. Conjuram deferens.

Sortitur quis forum ratione domicili, quod certum alibi fixit, inde non recessurus, nisi nihil avocet, l. Civis 7. C. de incolis lib. 10. Quo modo incolae ibi conveniuntur, ubi habitant, quatenus ibi quarent: nam domicilium habitationis saltem [originis enim semper manet, cum sit naturale, l. de origine C. de munic. lib. 10.] pro lubitu mutari potest, aliud transferendo rerum suarum ac fortunatum summam, l. de

l. domicilium D. ad municipal. Hæres sequitur domicilium defuncti, ejusque forum, l. Hæres absens 19. D. de iudic.

6. Sunt autem causæ, ex quibus conveniendi alibi aliquem est licentia. Primò, Ratione rei, de qua quæstio: ut enim in personam agens, illam sequitur, ita agens in rem, eam, ubi sita est, petit, *l. 3. Cod. Vbi in rem actio exer. deb. ubi dictum agi in possessorem, qui iudicium non subterfugiet, laudando suum auctorem, quatenus habet rei restituendæ facultatem: nam alias laudando suum auctorem, iudicium reale non sustinetur l. 1. C. h. 2. Res sit mobilis, an immobilis, non refert, l. quod legatur 38. D. de iudic. Ubi excipitur Clericus, qui ratione rei non rectè convenitur coram laico, ut patebit ex his, quæ inferius dicentur.*

7. Secundo, ratione contractus? censentur enim contrahentes loci legibus se accommodasse, nisi conventum fuerit de solutione alibi faciendâ, *c. Delicti inf. 1. 17. quod videatur ibi contractisse, l. contractisse 21. D. de oblig. & act. Si tamen ibi invenitur reus, arg. d. l. Hæres in prin. D. de iud. Et ita accipiendum vulgare axioma, quod habet, Ibi reum conveniendum esse, ubi res est. Quod si non compareat in loco contractus, citari à iudice istius loci potest; non quidem in eum effectum, ut persona ejus adficiatur; neque enim subiectus est alieno iudici, ut excommunicari ab eo acqueat tamquam contumax: concernit enim excommunicatio personam subiectam, Innoc. in c. licet 10. h. t.] sed, si non compareat, ut decernatur missio in possessionem bonorum ibi existentium. Quod si nulla ibi sint, decerneretur missio in possessionem bonorum alibi existentium, cujus executio fiet per iudicem loci, *c. 1. §. contrahentes eod. in 6. Covar. Pract. q. c. 10. n. 3.* Sic et si agatur contra Clericum à iudice domicilii, habentem alibi beneficium, cuius crimen ex postulat privationem. Iudex domicilii sententiam quidem feret tamquam in subditum, executio tamen privationis faciendâ per iudicem loci, ubi situm beneficium, *o. postulat 14. hoc tit.**

8. III. Ratione causæ: quo modo causa ecclesiastica, qualis est beneficiorum, matrimoniorum, decimarum, & similibus, coram iudice ecclesiastico est terminandâ, *c. 2. inf. qui filii sunt legit. Rodem & spectat causa juramenti, ad*

cujus observacionem etiam laicus coram Clerico convenitur, *c. 3. eod. in 6.* Feudalis causa, etiam Clerici, v. a fiallo existente, coram Domino feudi, licet laico tractanda, *c. 6. & 7. h. t. ubi agitur de controversia feudi adversus Præpositum, & dicitur ea tractanda vel ab Ecclesia, si feudum ab ea dependeat, vel ab Imperatore, si juris sit Imperialis, & hoc quoad causas debiti officii, & amissionis feudi, non ultra. Est enim feudum res Domini, cuius interest bonum habere vassallum, qui & eatenus est quasi superior.*

Valde controversum, An causa possessoria rei spiritualis possit tractari per iudicem laicum? R. De rigore juris non posse: consuetudine tamen contrarium invaluisset, quæ quatenus nihil propter actus est admixtum, tolerari posse videtur, quod magis ad causam temporalem, quam spirituales videatur pertinere. Covar. Pract. q. c. 35. Guido Papa q. 1. Fachin. l. 3. Contr. c. 1. & dixi ad D. tit. de iud. n. 8.

IV. Ratione delicti, in cujus enim territorio quis deliquit, ibi & expectat iudicium, *c. fin. h. t. qui tamen non minus alibi apprehendi & puniri potest, l. un. C. vbi de crim. agi oportet. ne crimina maneat impunita.* In gravioribus solet reus alibi captus remitti ad petitionem Iudicis loci, ubi deliquit, tum ut quod exemplo nocitum, poena emendetur, tum quia facilius ibi probatio, Covar. Pract. q. c. 10. n. 1. Malefactores Ecclesiarum etiam laici possunt & coram Iudice Ecclesiastico conveniri, *c. 9. h. t. uti & usurpantes jura Ecclesiastica, c. conquestus 16. h. t.*

V. Ratione privilegii personæ concessi. Sic miles coram magistro militiae convenitur, *tit. C. in quibus causis miles fori prescript. uti non poss. Illustres coram Principe, l. fin. C. vbi Senar. vel clariss. & c. Studiosi etiam domicilium non habeant in loco studii, quoad contractus tamen & delicta coram suo Rectore conveniuntur, Auth. Habit a Cod. Ne filius pro patre, ubi ea de re pluribus actum. Uxorem mariti privilegium eximit à jurisdictione sui Iudicis, l. pen. D. de iurisd.*

Clericus Ecclesiasticum habet suum iudicem, etiam in criminalibus, *Auth. Statuimus C. de Episc. & Cleric. ut sententia laici minime ligetur, etiam in liquidis, cap. 2. eod. in 6.* Iam laicus Clericum iudicare præsumens excom-

excommunicatur, *c. 7. sup. de arbitris*. Ratio in eo est, quod cum Clerici sint correctores morum, non aequè possint instituere, corrigere eos, quibus subiecti essent, & quia laicos non decet tractare spiritualia, Unde *c. 2. sup. tit. 1. de decretis*, ne laicis committantur spiritualia negotia.

Q. An ipso jure excommunicatio infligatur?

13 R. Glof. in *d. c. 2. b. 1. velle*, tantum esse extendendam sententiam: sed contra dicendum, esse sententiam latae, propter verbum, *sequestratus sit*, quod est executivum. Ita tenet Glof. in *c. 2. de heret. in 6. quam sequitur Abbas in d. c. 2. in fine h. 1.*

14 Vocans coram laico iudice Clericum laicus non videtur excommunicatione notari, cum ejus mentio non fiat in *d. c. 2. nec alibi* inveniatur expressum, nisi in laico iudicante Clericum, & Clerico vocante Clericum ad iudicia publica, id est coram laico, *c. si diligenti 12. h. 1.* quod non est extendendum ad laicos, cum penam contineat. Non fert tamen impune laicus Clericum conveniens coram iudice laico, cum causa cadat, iudicatum non teneat, iudex iudicandi potestate privetur, *Aut statuitur eod. de Episc. & Cleric.*

15 Quod vero ad civilia negotia attinet, ea laicis delegari posse vult Glof. in *d. c. 2. & Felinus ibid. n. 1. alios citans per e. Exposita 11 sup. de arbitris*, ubi in laicum fuit compromissum. Et hoc, quia reus singularis causa committitur, non etiam universitas causarum: videtur enim commissio ordinaria iurisdictionis, secundum dicta superius, *tit. de officio iud. deleg. qualis non potest committi laico*. Ratio diversitatis est, quia hoc casu suo nomine exerceret iurisdictionem in Clericos, quod non decet, illo vero nomine delegantis tantum, cum propriam nihil habeat.

De eo dubitatum, An possit Pont. laico delegare causas spirituales? R. Non tantum civiles cum rectè delegare, sed etiam spirituales, *ut in can. prater §. ad hoc V. duci. dist. 32.* quae vult etiam posse committi laico per Pont. ut excommunicet, Abbas ad *c. Ecclesia 10. n. 5. & F. lin. ibid. n. 6. sup. de constit.* Non obstante *c. 2. sup. de iudicis, & aliis locis*, cum loquantur de communi & ordinario jure, supra quod est Pontifex. Et hoc ita quoad delegatam iurisdictionem, & in aliquo casu particulari:

nam ordinarium regimen Ecclesiae non potest Regibus aut laicis committi; nec fieri potest, ut ex vi Regiae potestatis Rex Clerico iudicet, cum iure divino sit statutum, ut per Episcopos gubernetur Ecclesia. Ut contrarium coherescere non possit una dispensatione, citra exceptionem ordinarii Ecclesiae regiminis, cum nequeat habere iustam & rationabilem causam. Quod vitium non subest, quando causa aliqua delegatur; hoc enim non divio jure prohibetur, cum delegatus fungatur vice delegantis, penes quem manet iurisdictionis Ecclesiastica.

Episcopi aut alterius Praelati commissio non habet eundem effectum, cum non possit mutare ea, quae sunt juris publici. Posterius tamen videri tenere commissio causae spiritualis facta Clerico simul & laico, *arg. c. per tuas 9. sub de arbitris*, quod Clerici, ut dignioris auctoritate nitatur iudicium. Verum non procedit hoc argumentum, cum arbitrium, non det aliquam iurisdictionem, ut dat delegatio.

Exempti itaque Clerici à laicorum iurisdictione, non tantum in civilibus, sed & criminalibus. Ubi quaeratur aliquis, An pro sit ea exemptio laico qui simul cum Clerico deliquit? R. Neutiquam prodesse, cum in qualibet persona ponatur delictum distinctum, *l. 1. C. de condit. furr. Et facit eodem optimè textus in l. si quis uxori 52. in princ. & §. 1. De furtis*, ubi cum uxore alicujus subtrahens res mariti furti tenetur, licet uxor non teneatur. Ad idem etiam facit textus in *l. Mulierij 74. D. de condit. & demonstr. Videatur Gomez 3. Var. cap. 10. n. 6. Covar. Pract. quest. c. 34. Fachin 9. Controv. c. 31.*

Temporales laicorum causae coram suo iudice sunt agitandae, neutiquam coram Clerico; nisi hoc admittat consuetudo, aut iudex sit negligens in exhibenda, iustitia, *c. licet 10. & 11. h. 1.* cuius defectum supplet Clericus, miserabilis quoque persona rectè ad Ecclesiam confugit, pro consequenda iustitia, *c. 12. parte 13. h. 1.* Non aliam tamen, laico iudice negligente, ad eundem est Clericus, quam si superior laicus desit: neque enim censetur deficere iustitiae exhibitio, quamdiu à superiori potest corrigi negligentia inferioris, *d. c. 10. Defectus iudicis spiritualis non potest corrigi, vel suppleri per laicum, c. qualiter 17. sup. de iudic.*

habet, cui ne quidem in habitu est potestas in Clericos. Denegante tamen Clerico iustitiam facere, videtur quid possit laicus, non per modum jurisdictionis, sed extrajudicialiter in officii sui consequentiam: quo modo accipiendus *can. Filius xvi. q. 7.*

20 Quæritur, An liceat Clerico renuntiare beneficio fori? Laico quidem id est permissum, *l. pen. Cod. De pactis*, quod juri pro se introducto quilibet recte renuntiet; at Clerico minime, qui nec tacite nec expresse potest in se prorogare jurisdictionem laici. *Si diligenti 12. h. t.* Neque enim privilegium hoc datum cum persona, quam toti ordini, cui in iura interrogaretur, si Clericus, qui laico est dignior, ab eo iudicaretur. Ut hoc privilegium sit juris publici, cui minime renuntiat: & cessat decisio *d. l. pen. Innoc. & Felin. ad d. c. 12.* Nihil facit textus in *c. Dilecti 17. h. t.*, nam ibi non renuntiat privilegio ordinis, de quo hic sed tantum singulari privilegio certo loco concessio, ne scilicet possit conveniri extra mare: cujus derogatio, cum non concernat aliquod ordinis detrimentum, est servanda.

21 Quod adeo procedit, ut juramentum sub iuramentum prorogationi fori in laicos per Clericum, eam minime iustificat, cum juramentum illicitum non sit obligatorium, *c. 1. inf. De juram. ubi de eare latius*. Est autem hac in materia illicitum, cum tendat in alterius detrimentum, ordinis, uti dictum, Clericalis. Quo modo & in *d. c. 12. circa fin.* dicitur tale juramentum licite servari non posse, quod sit contra Canonica statuta.

22 Renuntians foro suo Clericus, aut vocans Clericum coram iudice laico, perdit causam, & à communionem habetur extraneus: quibus verbis non tam excommunicatio fertur, quam ferri mandatur, secundum Abbatem, *ad. d. c. 12. nu. 5. l. 21. & 22.* Præterea purgans se coram iudice laico in criminali negotio locum amittit, etiam si pro eo sententia feratur: in civili vero perdit quod evicit, si locum obtinere maluerit, *d. c. 12. inf. fine*. Quæ pœna non videtur ipso iure irrigi, sed per iudicem infligenda, secundum *Gloss. ad d. c. 12. V. causam perdant*; quod verbum, *perdant*, non tam sit præsentis, quam futuri temporis. Et facit, quod in dubio mitior in pœnis sit adsumenda pars.

Huc recte adducitur textus in *c. Gravem 13. inf. De excessib. Pralar.* ubi aperte requiritur sententia iudicis.

Per solam citationem hæc pœna non videtur incurri, cum textus *d. c. 12.* habeat, *ad iudicia pertrahant*, quod requirit litem contestationem, & effectum citationis: ut antè pœnitere liceat, *arg. Quamvis D. De in jus vocando*. Antè enim non tam quis petit, quam petere voluit.

23 Procedunt dicta non tantum si agatur in personam, verum & si in rem. Nam licet potius res videatur conveniri, quam persona, *l. Imperatores D. De publicanis & vectig.* persona tamen ad iudicium cogitur, & possit damnari ad restitutionem per laicum, contra *d. c. 12. Felin. in c. Quamvis 17. nu. 8. sup. tit. 1.* quamvis contrarium in plerisque locis habeat praxis. Vide dicta ad *tit. D. De iudic. nu. 79.* Excipitur causa feudalitatis, uti dictum paulò superius, coram domino aut ejus Curia tractanda.

24 Quæritur hic, An Clericus possit conveniri coram laico ex causa tutelæ, aut curæ? R. Id posse videri, quod non tam personæ causâ conveniatur, quam officii, *Gail. 1. Obser. c. 37. nu. 7. vers. Sexto*. Verum non respondet verbis *d. c. 12.* quæ Clericos conveniri coram laico omnino prohibent, quod indignum sit, eos à laico damnari. Quæ indignitas & isto casu obtinet, cum licet officii nomine, personalis tamen actionis causa Clericus coram laico conveniatur, quod isto cap. est prohibitum. Ut stante ratione prohibitionis, etiam ipsa prohibitio obtineat, ne sit imperfecta. Quod & de jure procedet in his, qui habent officia in Principum aula, de praxi tamen non servari tradit *Covarr. Pract. Quæst. c. 33. nu. 6.* dicens eos privari officii, & stipendiis, si declinaverint forum sæculare, quod & tradit *Clarus §. fin. q. 36. nu. 25.*

25 Quæritur & illud, An Clericus laici hæres, ut talis conveniatur coram laico? R. Iudicium inchoatum per defunctum coram laico, ibidem à Clerico successore perficiendum esse: ex eo, quod proprium privilegium non excuset hæredem, *l. Hæres absens 19. in princ. D. De iudic.* & quod de jure communi ibi sit iudicium perficiendum, ubi inchoatum. Quam sententiam, ut communem & veram, tenet *Covarr. Pract. qq. c. 8. nu. 3.* quamvis contravellet *Abbas in c. Quia nu. 11. & 12. sup. tit. 1. Felin. ibid.*

ibi d. num. 3. in fine. Scilicet quod instantia inchoata non traicit in heredem Clericum, communi regula, quod Clericus non debeat conveniri coram laico. Verum prior optatio vera est.

27 Quid si necdum iudicium sit inchoatum coram laico, sed post inchoatur? Sunt qui velint etiam tunc Clericum esse conveniendum coram laico: ex eo, quod non debeat qualitas obligationis mutari ex persona heredis, qui defunctum representat; & quod excusetur proprio privilegio, d. l. 19. in princ. & ibi Barbosa n. 104. pluribus seqq. quam opinionem tenet Vasq. De successu. i. §. 22. n. 7. Verius tamen hoc in casu Clericum esse conveniendum coram suo iudice, per d. c. 12. cum lis contra Clericum inchoetur, ex causa quidem defuncti, nomine tamen proprio se defendentem, cuius ideo inspicienda qualitas. Nihil obstat d. l. 19. quia loquitur de privilegio particulari, non de eo, quod iure competit, Covarr. d. c. 8. n. 4. Abbas & Felin. de loco. Gail. i. d. Obsev. c. 37. n. 8. Et est communis hæc opinio.

28 Est & questio, An Clericus in causa evictionis rei laico venditæ contra parere debeat coram eius iudice? R. Debere, cum non agatur primario contra Clericum, sed contra laicum emptorem, ad cuius defensionem tenetur venditor, etiam Clericus. Quod facit, quod in l. Venditor 49. in princ. D. De iudic. non obstante privilegio sui iudicis, cogatur venditor sequi forum emptoris hac in causa. Si tamen primò conveniatur Clericus, est coram suo iudice vocandus, Covarr. d. loco, n. 3. Fachin. lib. 2. c. 38. Gail. d. loco nu. 7.

29 Moveretur quoque dubium, An Clericatus superveniens faciat iudicium inchoatum coram laico cessare? R. Non videri, per textum in c. pen. h. t. ubi sola citatio facit nihil prodesse mutationem domicilii citato, quod minus compareat coram iudice citante, cum ibi iudicium semel acceptum, ibi finiri debeat, l. vbi 31. D. De iudicis. Nihil faciente privilegio superveniente, cum illud non faciat mutari statum causæ, l. pen. D. De iurisdict. l. 7. D. De iudic. Quo facit, quod dictum paulò ante, Clericum heredem laici teneri perficere iudicium coram laico inceptum. Et ita in civili causa procedere plerique tradunt, Spe-

cul. de Reo §. 1. num. 4. Abbas d. c. pen. in fine.

Quid si post delictum suscipiat Ordines? Plerisque velle, non esse iudici laico facultatem coercendi talem reum, tamquam exemptum ab eius iurisdictione, arg. l. Quicumque, §. reus De re milit. Nisi tamen in fraudem legis hoc egerit, quæ illi prodesse non debet. Quo casu minime æquum, eum liberari à foro iudicis secularis; arg. l. Hoc accusare in fine princ. 1. D. D. accus. Et hoc, etiam si necdum fuerit inchoatum iudicium, ne per eam liberatus reus à seculari potestate delictum impune ferat. Fraus præsumitur ex eo, quod accusatus aut denuntiatus, aut infamatus ordinari se fecerit, aut Religionem ingressus. Quo tamen casu non posse per iudicem secularem puniri reum, nisi quoad bona, tradit communiterteneri Covarr. Pract. q. c. 31. non etiam in corpore. Fraus si nulla appareat, liberari iurisdictione seculari per privilegium superveniens, per l. Non distinguemus 32. §. sacerdotis. D. De receptis urbis. Fraudem non subesse mutationis status, volunt præsumi ex voto Religionis, aut Ordinis antè emissio, idque probari sufficienter iuramento rei, propterea quod in his, quæ in animo consistunt, probatio sufficiens censetur ea, quæ fit proprio iuramento: qua tamen de re aliqui non immerito dubitant, quod facile sit jurare reo in sui liberationem, cum detrimentum publico. W. Challan. ad Consuet. Burg. Rub. 1. §. 5. fallax 14. nu. 57. Jul. Clarus §. fin. q. 98. nu. 4. dicant hanc rem non prodesse, quod, licet distinctus ad Clericatum habeatur pro Clerico, ex quo tamen nondum receptus in Clericis, non possit dici reus esse extra iurisdictionem secularis iudicis.

Controversa admodum questio est, An exemptio Clericorum à iurisdictione Laicorum sit juris divini, aut humani? R. Non patet eos contendere, indistincte esse juris divini, quos citat Vivius lib. 3. Commun. opin. V. Clericus à potestate & Covarr. Pract. q. c. 33. nu. 1. Alios contra, esse juris humani, quos citat idem Covarr. d. loco n. 2. ipse mediam viam colligens, adferensque, divini juris esse in his, quæ sunt spiritualia, quod potestas circa ea à Deo commissæ sit eis, penes quos est potestas spiritualis. Quam non esse penes Reges, aut

coram

eorum subordinatam potestati, ex eo patet, quod potestas spiritalis & temporalis distinguantur. *can. Cum ad verum, & can. Duo sunt Dist. 96.* Ut necesse sit eam circa distinctas versari materias, & unamquamque sibi propriam vindicare, atque intra eam se continere, tamquam proprium objectum. Spirituales potestatis proprium objectum sunt res spirituales, quales sunt Clerici: temporalis autem res temporales. Probat hanc patrem Joannes Papa, *can. Si Imperator d. Dist. 96. Habet.* inquit *hæc privilegia sua potestatis* [Imperator] *ut ejus beneficiis non ingratus contra dispositionem ecclesiæ ordinis nil usurpet. Ad sacerdotem enim Deus voluit, quæ Ecclesiæ disponenda sunt, pertinere, nos ad sæculi potestates. Idem patet ex aliis Canonibus, can. Certum. can. Imperium. can. Quoniam Dist. 10. cap. Ecclesiæ sup. De constitut. & c. Sollicita De majorit. & obed. Humani verò juris in iis, quæ circa temporalia & criminalia versantur, qualia in primitiva Ecclesiâ subiecta fuisse jurisdictioni Principum certum est, & constat sufficienter ex Covar. d. l.*

32 Ubi quaeritur, An Papa potuerit, & conveniens fuerit eximi Clericos in rebus & causis temporalibus à jurisdictione Principum? R. Potuisse, & conveniens fuisse. Prior pars probatur ex indirecta potestate, quam in temporalibus habere Pontificem probatum supra, *tit. De constitut. n. 19.* & patet ex c. 2. *sup. De majorit. & obed. ubi Innoc. III. adserit, etiam in vito Imperatore, potuisse Pontificem Clericos eximere à jurisdictione laicorum. Estque ea communis Canonistarum sententia in d. c. Ecclesiæ sup. de constitut. pro qua faciunt varia loca c. fin. inf. de reb. Eccl. alienan. vel non c. fin. de censib. in 6. & passim de immunit. Eccl. Vid. Suarez de defens. Fidei Cathol. lib. 4. c. 3. n. 11. & seqq. Posterior pars ex eo probatur, quod Clerici sint res sacræ, ex vi consecrationis aut destinationis ad officium sacrum, atque ita dicens sit, eos cum tebus suis subesse potestati iis respondentis, spirituali scilicet. Indecens enim foret, ut, qui iudicibus temporalibus tamquam patres spirituales præstant, ab iisdem in temporalibus judicentur & puniantur. Ab Imperatore, aut Principe potuisse eos eximi, nec iustitiæ, nec rationi repugnat, cum tendat in favorem fidei & religionis, nullique noceat, nisi ipsimet Principi concedenti*

privilegium; qui potest sibi præjudicare: ubi alterius non subest nocumentum, uti hoc in casu non subest. Exemptioni istæ per laicos præjudicari non potest: uti nec per consuetudinem, nisi forte non subest damnum ordinis. Videtur tamen Pont. ei detogare posse, cum ejus sit tollere legem, qui posuit. Quâ ratione ipse temperavit aliquatenus hanc exceptionem in Clericis conjugatis, ut dicitur infra *tit. De Cler. coniug.* Et concilium Trid. *Sess. 23. cap. 6. De reformat.* non alias fori privilegium Clericis primæ ronsuræ permisit, quam si ma oes XIV. annis beneficium obtinerent, aut si Clericalem habitum, & tonsuram deferentes, alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi infervirent, vel in seminario clericorum, aut in aliqua schola vel Universitate de licentia Episcopi versarentur, quasi in via ad alios Ordines suscipiendos.

Exempti itaque Clerici à jurisdictione laicorum, subditi suo Episcopo; sine cujus venia ne quidem alterius personæ Ecclesiasticæ jurisdictionem in se prorogant. *c. Significasti 8. h. 1. & c. 1. eod. in eod. 6.* idque ratione beneficii aut Ordinis ab eo collati.

TITULUS III.

De Libelli oblatione.

SUMMARIUM.

1. Libellus quis & cui edendus.
2. Qualiter concipiendus.
3. Causa perendi in actione reali & personali.
4. Actionis nomen an exprimendum?
5. Conclusio necessaria in civilibus, non in criminalibus.
6. Libellus quousque emendari & mutari possit remissivè.
7. Anni, mensis, diei editio an & quatenus faciendâ.

Constituto foro, proponitur petitio per actionem, vel voce, uti in summaris & extraordinariis, in quibus proceditur de plano & simpliciter, quæ actis inferitur, ut postea de ea constet, *Clem. Sap. de verb. Signif. vel scripto, ut in ordinariis c. 1. h. 1. ** diciturque Libellus, qui est scriptura actoris petitionem, ejusque causam continens.

Eden-

Edendus est & iudici, qui iuxta illum decernat citationem, atque eatenus est citatione prius & reo, & eatenus est citatione posterior. Edere est exhibere, dictare, copiam inspiciendi, describendi dare, l. 1. D. De edendo. Libelli partes duae sunt praecipuae petitio, &

2 concipiendus est idonee, ut demonstret futurae litis speciem, & melius intelligat reus, quid, quale, quantum petatur; cedendum sit, nec ne; quid respondendum ad petitionem actoris. In libello criminali nomen accusati & accusatoris, item dilecti locus, annus, mensis, designanda, l. 3. D. De accusat. In civili, *Quis, quid, coram quo, quo iure petatur, & à quò* exprimendum: scilicet in personam, an in rem agatur, universalem an particularem, mobilem an immobilem: tota an pars petatur, & ubi sita, l. Si in rem 6. D. De rei vindic. c. 2. h. r. Alio enim modo universalis, alio particularis petitur. Illam universalem petere sufficit; veluti, *Peto hereditatem mihi relictam, Peto rationem tutela me pupillo gesta*. In hac res per circumstantias est describenda, ut sciatur, quid petatur, d. c. 2. Alias esset incertus libellus super quo non recte fertur sententia, §. curare 32. Inst. de

3 De actionib.

Est & differentia inter actionem in rem & actionem in personam. Non in illa causam propinquam, scilicet dominium, allegare satis est: in hac etiam remota alleganda, hoc est non tantum dicendum, quod reus sit obligatus, verum & addendum, quo ex contractu. Rationem differentiae ponunt, quod in illa censetur causa remota expr. sta, eo quod res non nisi una ex causa possit haberi. l. 3. §. ex pluribus D. De acquir. possess. Quod aliter se habet in personali, cum ex pluribus causis quid possit deberi, ut incertum esse queat, qua ex causa agatur, l. Et an eadem 14. D. De except. rei judic. Gail. l. Obser. 61. num. 1. & seqq.

4 Actionis nomen non esse necessario exprimendum, patet ex eod. sup. De iudic. modo jus petendi & causa ex conceptione libelli & conclusionem colligi possit. Jure civili volunt opus esse expressione, per l. 1. D. De edendo, & l. 3. C. eod. Potest tamen non male cum Azonae, ad d. tit. Cod. teneri nec hoc iure necessarium esse, cum nihil referat, proprio nomi-

ne quid exprimat, an demonstretur per equipollens! Certum 6. C. De reb. cred. Gail. d. loc. 1.

In civilibus conclusionem est opus, non etiam in criminalibus. In illis enim agitur, ut parum quid fiat, vel detur, quod exprimendum, quid, quale, quantum sit: in his vero conclusio dependet ex lege, vel iudicis arbitrio, ut frustra per actorem exprimeretur; nisi tamen poena parti veniret applicanda Gail. d. loc. 10.

Emendari posse libellum usque ad sententiam & mutari etiam post lites contestationem, non tamen permanere eadem instantia, dictum D. eod. num. 10. & seqq.

Dictum autem supra, esse designandum annum & mensem; nam diei & Consulis editio ad partis instructionem non est necessaria. cui sufficit vidisse intentionem actoris, idque ut evitetur subornatio, hac in re obvia l. 1. §. editiones D. d. tit. Ad fidem vero faciendam est necessaria l. 4. C. De divers. rescript. In criminalibus quoque dies & hora omittuntur, l. 3. in princ. D. De accusat. nisi ex eo contingat reo laeso, propter indirectam probationem negationis. Clarus §. fin. qu. 12. num. 13. Dies quo solutio facienda, necessario est exprimenda, quod sit pars stipulationis, d. §. editionis.

TITULUS IV.

De mutuis petitionibus,

SUMMARIUM.

1. Mutua petitio sine reconventio coram eodem iudice, etiam alias incompetente, infirmandi.
2. Non coram arbitro.
3. Reconvenire quis possit; & An excommunicatus;
4. Clericus coram laico an reconveniri possit;
5. Reconventio in quibus causis locum habet.
6. An in criminalibus?
7. An in causa spoliationis?
8. Non obtinet in causa appellationis.
9. Non etiam, si in una parte debitum illiquidum sit.
10. Reconventio quo tempore proponenda.

I Ntellecta actoris petitione, si quid vicissim putet sibi deberi reus, id proponere potest recon-

reconveniendi actorem, per mutua, ut hic vocat Pont. petitionem, aut, ut l. C. mutuas actiones. l. Si idem 11. §. 1. D. De iurisdic. coram eodem Judice, sive ordinario; sive delegato, c. 1. & 2. h. 1. etiam prorogato, quia retinet plenam jurisdictionem. Judicem hunc, licet sibi incompetentem, non detrectat actor: cujus enim in agendo quis observat arbitrium, eum contra se habere judicem non debet dedignari. l. Cum Papinianus 14. §. Auth. Et consequenter Cod. De sen. & interloc. omnib. jud. idque ut facilius & citius lites dirimantur; quod publico bono respondet. Quia de causa si alter minorem quantitatem petierit, quae sit intra jurisdictionem judicantis, alter vero majorem, quae modum excedat, tractanda nihilominus causa coram eodem judice, d. l. Si idem §. 1. De iurisd.

2 Coram arbitro non habet locum mutua petitio, sive reconventio, ut vocant, quod compromissi terminos non egrediat, c. 6. sup. De arbitris. V. Maranta De ord. judic. p. 4. dist. 6. n. 12. ubi distinguit inter arbitrium voluntarium & arbitrium juris.

3 Reconveniente quilibet per quemcunque conventus eundem suum actorem potest. An igitur & excommunicatus? R. Permitti quidem excommunicato sui defensionem, quae naturalis est, ut negari nequeat; quo modo excipere potest & appellare, c. 5. ubi Gl. inf. De except. ita postulante acquirit, ne contingat condemnari absolvendum: actionem tamen ei non concedi, ne quis, quam cogatur cum eo communicare, in anima sua detrimentum, c. Exceptionem inf. De except. Ad actionem autem spectat reconventio, ut haec ei non sit permissa, d. c. in fine, ubi Gl.

4 Verum acriter disputatur, An Clericus restet reconveniat coram laico? R. Ita communis obtinuisse, per d. l. Cum Papinianus: & quod civili & Canonico jure sit permilla reconventio sine distinctione judicis, laicus sit, an Clericus, ordinarius an delegatus, etiam si causa per reconventionem proposita non sit competens, d. l. 11. §. 1. Non facta etiam distinctione inter personas reconvenientes & reconventas, laici sint, an Clerici, Et facit, quod etiam eo casu militet naturalis causa defensionis, qua jus reconveniendi in genere niti eraditur; & quod isto in casu iniquum sit, non

licere reo, quod licet atori. Bart. in d. l. Cum Papinianus n. 19. Gl. in c. 1. & ibi Innoc. sup. tit. 2. De foro compet. Felin. in c. 4. n. 8. sup. tit. 1. De iudic. Possit tamen alicui contrarium non improbabilius videri, per textum in c. Si diligenti 12. sup. tit. 2. quod non vult Clericos, sive volentes sive invitos, subire judicia secularia, ne quidem ex pacto per juramentum vallato. Alii tamen, qui opinionem communem tuerentur, ibi tantum volunt prohiberi prorogationem jurisdictionis laicae per hominem, quando hoc principaliter agitur; non etiam quando ex consequenti per legem inducitur prorogatio. Et hoc, si agatur de re profana, de qua in abstracto judicare potest laicus: nam si spiritualis esset, reconventio non permitteretur, Gl. c. 1. hoc tit. Wam. Conf. de jure Pont. 71. n. 3. Vid. dicta ad tit. D. De iudic. n. 89. & tit. De re iudic. n. 34. & seqq.

Habet locum in omnibus causis, etiam habentibus diversas qualitates: quo modo & a genti super feudo coram Feudali Curia proponi potest de pecunia aliunde debita, Wam. Conf. 71. n. 5.

An & in criminalibus? R. Non habere, quod non relatione criminis, sed purgatione quis fiat innocens, can. 1. 2. & Prius III. q. 11. nisi agatur civiliter, l. Si ambo §. 1. D. De compensat. Deinde non potest proponi nisi spectans ad reconvenientem, cui quae possit, hic autem ei non potest dari, cum poena Reip. cedat. Quod facit, quod dictum alibi, compensationem non opponi in criminalibus, tit. D. De compensat. n. 8. & De re iudic. n. 37.

Conventus super spoliatione videtur non posse reconvenire nisi super spoliatione, ex ratione, quod spoliatus ante omnia sit restituendus, c. fin. inf. De ord. cognit. hac de re latus infra tit. 13. De restitut. spoliat. Deinde reconventio locum habet in causis, quae habent actionis faciem & formam, qualem non habet causa spolia.

Q. An obtineat in causa appellationis? R. Non obtinere; quia aut reus appellat, & frustra reconveniet actor, cui deberet; aut appellat actor, & reconventionem non indiget reus victor. Adde, quod iudex appellationis non habeat jurisdictionem nisi in causa appellationis.

Quid si ab una parte non sit liquidum debitum

P

bitum

bitum, ab altera vero liquidum? Videtur dis-
cendum, non admitti magis reconventionem,
quam admittitur compensatio, cum qua ha-
bet adfinitatem: & in plerisque identitatem:
quæ requirit utrumque debitum ejusdem or-
dinis liquidum. Unde & hoc in casu utraque
causa sit liquida necesse est, aut illiquida; quia
alias alteri, cujus causa est liquida, fieret inju-
ria, quod ejus decisio retardaretur, propter cau-
sam ab altero propositam, quæ longiorem re-
quirat indaginem.

10 Proponenda reconventio temporis, scilicet
vel ante litem contestatam; quæ modo Tit. hic
proponitur ei, qui est de litis contestatione:
vel paulo post. *Auth. Et consequenter, Clem.
Sapè De verb. signif.* ut simul commodius cog-
nosci, & una & eadem, saltem prolatione sunt
etiam realiter duæ terminari possunt conv-
nionis & reconventionis causa, *c. i. h. tit.* Unde est,
quod conventio & reconventio pari passu am-
bulare dicantur; ita ut, si in illa remota sit ap-
pellatio, etiam in hac remota censetur, *c. 2. hoc
tit.* ne quod uni licet, alteri denegetur. Si detre-
ctaverit actor respondere reconventioni, com-
pelleretur per judicem, denegata actione, & au-
dientia non accommodata, aliave via. Si judex,
non habitâ ratione reconventionis, in causa
processerit, reo licitum est appellare, *l. 1. in fine,
Qua sent. sine appellat. rescind.* Quod si ab initio
non fuerit reconventio proposita, sed serius,
non terminabitur simul ejus causa; idque ne
causæ conventionis decisio producat in
damaum actoris. Quod sibi imputet reus, qui
tempore, ut oportebat, juxta *d. Clem. Sapè,*
sibi non provident, *Abbas d. c. In. 19. S. c. &*
si conventionis causa summarie absolvi possit,
causâ reconventionis, quæ summarie pertra-
ctari non potest, non remorabitur ejus decisio-
nem.

TITULUS V.

De Litis contestatione.

SUMMARIUM.

1. Litis contestatio necessaria in judiciis ordina-
riis.

2. Non in summaris.
3. An neque in ordinariis ex consensu partium?
4. In causa appellationis quatenus necessaria.
5. Litis contestatio quo modo inducatur.
6. Litis contestatio quid?
7. Litis contestationem non inducit confessio.
8. Impedit eandem protestatio.

Initium judicii est à litis contestatione; ne-
tequam non tam petit actor, quam petat
vult, *Gail. 1. Obs. c. 74.* Quæque ita neces-
saria, ut omiſſa lententiam faciæ nullam, *c. 1.
h. t. l. Prolatam C. De sent. & interloc. omnium
judic.* quasi latam super re in judicium non de-
ducta. Quod primò procedit in judiciis ordi-
nariis. Nam in summaris, in illis, quibus
summarie causæ pertractantur, litis con-
testatio non requiritur, *per text. expressum in d.
Clem. Sapè De V. S.* uti nec alia solemnia, que
tamen servari possunt, partibus non contradi-
centibus.

Ubi queri possit, An similiter in ordinariis
ex consensu partium possit omitti solemnita-
tes? R. Minime; quia non possunt partes
immutari jus commune. Nihil obstante,
quod ex eorum consensu possit observari so-
lemnitas & in summaris: nam, ut rectè ait
*Glos. fin. in d. Clem. Sapè, quam ibi. probat Zu-
batella,* per hoc reditur ad jus commune: in
nostro autem casu ab eo receditur; cum fa-
cilius res ad naturam suam redeat, & forma
sua reddatur, *l. si unus 27. §. pactus in fine D.
De pactis.*

Secundò procedit in prima instantia: nam
appellationis causa non est præcisè necessaria
non tantum absente altera parte, *c. Per tuas 18.
inf. De appellat.* sed etiam præsentem utraque, si
non petatur ab altera partium, *Cov. r. ad c. Roy-
naldus 18. §. 2. m. 1. in fine x. De testam. & in prima
instantia sit lris contestata, Gail. 1. Obs. 76. n. 5.
Wamel. Conf. 47. in princ. hoc t. & ad d. c. Per tu-
as, n. 4. & 6.* Si agitur judicio ordinario; nam si
summario, ut in prima instantia potest omitti
contestatio, ita & in secunda, cum sit ejusdem
naturæ & qualitaris. In supremis Curis valet
nilominus processum & sententiam, omiſſa
litis contestatione, tradit *Gail. d. lib. 1. cap. 75. n.
5. & 11. & d. c. 76. in fine, Wamel. d. Conf. 74. in
fine.*

§ Ut inducatur litis contestatio, non sufficit simplex citatio, quamvis ea faciat rem non esse integram, *Clem. 2. Ut lite pendente, &c.* interruptat prescriptionem, modò in termino citationis compareat actor; alias sine effectu foret, *Jalon, ad Rubr. De in jus vocando n. 4.* Non etiam opus est formam solemnem, per interpositas stipulationes, pro more pristino: sed sufficit per actorem & reum declaratur voluntas lite contendendi. Quæ colligitur ex eo, quod reus ad petitionem actoris contradictione respondeat, coram iudice, qui per narrationem negotii causam audire incipiat, quam audit, qui alteram tantum partem audit; ut § *auda postulatio non sufficiat, l. C. hoc tit. ** Ut litis contestatio sit rei ad principalem actoris petitionem responsio animo contestandi litem, Dico, principalem; nam responsio ad positionem non facit litem contestatam, quia positiones principalis negotii decisionem non concernunt.

7 Sic neque litis contestationem inducit confessio, cum hæc contradictionem non habeat, *l. Si reus 73. D. De procurat. Felin. ad c. 1. n. 5. hoc tit.* Ut nec contradicit excipiens, *c. 2. eod. in* § cum qui excipit neque neget, neque affirmet, *c. 6. inf. De except. Felin. in d. c. 1. n. 6.*

8 Impedit & litis contestationem protestatio de non contestando, subiecta per reum responsioni suæ; quæ reo permilla, quia ipsi utile non contestari litem. Si tamen perseveret fallaciter in sua protestatione, potest à iudice cogi contestari litem. Hac de re latius *Cod. 204.*

TITULUS VI.

Ut lite non contestata non procedatur ad testium receptionem, vel ad sententiam definitivam.

SUMMARIUM.

1. Testes ante litem contestatam cur non recipiantur.
2. Exceptio quoad exceptiones dilatorias & peremptorias litis finis.
3. Testium receptio admissa ob metum mortis vel absentia diurna.
4. Ob periculum oblivionis.

5. In causa inquisitionis, & ad perpetuam rei memoriam.

6. In causa electionis & matrimonii.

A Nte litis contestationem, quæ est solemnis iudicii fundamentum, & ante quam incertum, an lis sit futura, nec testium receptio locum habet, nec definitiva ferenda sententia; cum super quo testes recipiantur, aut sententia feratur, nihil sit, actore non tam petente, quam petere volente, *l. Amplius D. Rem ratam haberi. ** Super exceptionibus tamen dilatoriis testes rectè recipiuntur, cum tendant ad dilationem litis, ideoque ante proponendam, ut dicitur *infra tit. De except.* Idem juris in peremptoriis, quæ dicuntur litis finitæ, & ingressum ejus impediunt, de quibus *c. 1. De litis contest. in 6.*

Excipiuntur quoque testes super principalibus, quando de morte testium, vel diutina eorum absentia timetur, ne probationis copia fortuitò eripiat; absente scilicet parte adversa, sive contumaciter, sive etiam sine malitia, ut convenire nequeat. Quo casu actor intra annum, ex quo convenire reum potuit, in jus eum vocare debet, aut saltem receptionem hujusmodi testium ei denuntiare: alias attestations receptæ non valitura. Et hoc ne hac ratione forte per fraudem reo eripiatur conditio objiciendi quid contra testes, *c. fin. in princ. h. t.*

Item dicendum, si sit periculum oblivionis ex causa moræ aut subornationis, *arg. l. 3. §. dua D. De Carbon. edicto.*

4 Quid si postea comparuerit reus, vivis adhuc testibus, an eorum examen erit repetendum? R. Ita videtur per *c. Presentata, 50. inf. De testib. & l. fin. C. eod. tit.* ubi testes per arbitrum recepti denovo sunt examinandi, si ita pars velit, nisi sint mortui.

In causa quoque inquisitionis super excessibus, non attentata contestatione, qua non est opus, testes audiuntur. Uti & quando producantur ad perpetuam rei memoriam, *d. c. fin. 6. sunt & alii &c. Significavit 41. inf. De testib.* facta tamen denuntiatione ei, cui inde periculum esse posset. Contra contumacem agitur missio in bona, de qua *infra tit. 14.* Quæ si minus sit commoda, iudex excommunicatio- ne uti potest, *c. 1. & 3. h. t.*

In causa tamen electionis, matrimoni, ne Ecclesia patiarur detrimentum propter mortem, aut alteri conjugii detur occasio fornicationis, testes recipiuntur etiam ante contestationem, & si de causa liqueat, ad definitivam proceditur, *d. c. fin. §. porro*. Quod si nulla subest contumacia, sed aliunde causerur absentia, tunc in causa electionis expectandus electus ad sex menses, nisi aliud suadeant circumstantiae. In causa confirmationis expectandus confirmatus usque ad tempus definitum per Canones, quod Glossa, in *d. §. porro V. Canonibus*, vult esse sex mensum. In contractu matrimonii expectare alter debet, donec de morte absentis probabiliter quid intelligatur, id quod ne contingat, propter absentiam non malitiosam, aliquem cadere iustis exceptionibus. Et licet parti possit esse durum, se continere, si ea sua culpa, non deest tamen causa, *d. §. porro in fine*. Alii casus, quibus ante contestationem testes admittuntur, videntur in *Gloss. 1. ad c. §. h. 2.* Facienda autem his casibus testium receptio coram illo, ad quem discussio futuræ litis spectat. Vid. Gothofr. *ad l. in lege Aquilia 40. D. Ad l. Aquil. Mynf. cont. 4. Obser. 71. & 72.*

TITULUS VII.

De iuramento calumniæ.

SUMMARIUM.

1. Iuramentum hoc quando præstandum.
2. Quoties. 3. A quibus.
4. In quibus causis.
5. An & in causa criminali.
6. Quid contineat.
7. Advocati quid iurent.
8. Iuramenti huius necessitas & effectus.

V litigantes à calumniosa litium persecutione avertantur, exigitur ab iis iuramentum calumniæ: quæ hic sumitur pro calumniosa alicujus in iudicio veratione, *l. Si calio: nio: sur, 233. D. De V. S.*

Præstandum hoc iuramentum in exordio litis, *c. 1. eod. in 6.* publice coram iudice, nisi aliud postulet personarum qualitas, aut sexus reverentia. Omissum tamen in exordio, in qualibet litis parte exigere potest, prout iudici vide-

bitur, *de. 1. in prin.* * Præstari autem semel sufficit, quia extenditur ad omnia subsequenta. *Auth. Hoc sacramentum C. De iurjur. propter alium.* Si tamen suspicetur iudex agi quid malitiosè, iuramentum malitiæ ex gere potest, etiam sæpius, *c. 2. in fine eod. in 6.* cum hoc non concernat totam litem, sed tantum articulum, cui adhibetur, ultra quem non extenditur.

Subeundum non ab aliis, quam qui in lite sunt, siquidem agatur de debito litis processu, quoniam turbare finalis artibus non censetur, nisi qui in lite sunt. Ut præstare illud cogatur actor & reus hæret item eorum, *l. 1. in prin. C. h. 2. sive per se, sive per alium, uti procuratorem ex specialis mandato.* Est enim hoc iuramentum crudelitatis, quod etiam per alium præstatur, in animam tamen jurantis, *c. §. h. 1. nisi agatur de proprio facto, d. c. 2. §. 1. Tutor, curator pro minoribus in animam suam iurant, quod causam eorum habeant satis respectam, Auth. Principales in fine C. h. 1. uti syndicus, &onomus, administrator xenodochiorum, d. c. 4. §. 6. h. 1.* Ab huiusmodi iuramento præstatione ne quidem Clerici sunt immunes, non obstante consuetudine, *c. §. h. 1.* qui tamen non sunt cogendi per se præstare, cum possint alteri committere: & per se præstare volentes non aliàs admittentur, quam consulto suo Prælato: Episcopi consulto summo Pontifice, *c. 1. h. 1.*

Subeundum est in omni causa, etiam appellationis, per quam nova instantia inchoatur, *2. in prin. eod. in 6.* & spirituali, quod & in ea calumniari contingat, *c. 1. eod. in 6.* per quod corrigitur, *c. 2. h. 1.*

An & in criminali? R. Id aliquos velle, per *l. 1. & 2. Cod. h. 1.* ubi dicitur esse præstandum in omnibus causis: & per *d. c. 1. h. 1.* in cuius fine videtur insinuari, in quacunque causa, sive civili sive criminali, esse subeundum: veterem tamen videri Martini sententiam, quam probat & sequitur Cujac. *ad Novel. 49. §. c. 1. h. 12.* in criminali scilicet non rectè exigi, quatenus criminaliter intentatur, cum propter obitum perjurium, tum quod in ea sufficiat inscriptio: si vero civiliter intentetur, iuramentum hoc exigere potest. Quam sententiam firmat Cujac. per *Novel. Laonis 97. & 107.* Richard. *ad l. 1. eod. d. 1.*

6 Tria hoc Juramentum continet. I. Quod licet movendi aut contradicendi justam causam habere se putant partes. II. Quod nullam exigent probationem calumniosam, protrahendæ litis ergo. III. Quod nihil promiserint, dederint, daturi, promissuri sint, per se aut per alios, ad contumpeudum judicem. *d. Auth. Principales C. h. 1.*

7 Advocati in ingressu cujusque judicii jurant, se non nisi quod justum in causa esse perspexerint, clientibus suis procuraturos, ab ea verò recessuros, ubi eam iniquam viderint. *l. Reus non novam 14. §. patroni C. de jud. Causam minus probabilem vel ab initio non suscipere, vel susceptam deserere non coguntur, cum non semper id, quod probabilius apparet, sit & verius, & contingat judicem in id, quod minus est probabile, inclinari. Receptum autem moribus, ut non in cujusque judicii ingressu, sed initio muneris, dum ad sumuntur, juramentum hoc præstent patroni.*

8 Subeundi hujus juramenti ea est necessitas ut gemiti à partibus nequeat: liceat tacite omnium non vitiet processum. *c. 1. §. 1. eod. in 6.* Recusans actor præstare, causâ cadit, reus pro confesso habetur, *d. l. §. quod si actor*, quod non videatur justa causa mixus. Præstiti effectus est, quod præstans excusetur à præsumpta calumnia, nisi aliud appareat: cedit enim veritati præsumptio.

TITULUS VIII.

De Dilationibus.

SUMMARIUM.

1. Dilationes alia Legales, alia Conventionales, alia Arbitraria.
2. Item alia Citatoria, alia Deliberatoria, alia Probatoria.
3. Probatoris quo tempus præfixum.
4. Dilationes quot dentur actori & reo.
5. Dilationum effectus.

VT diliberatè petitis respondeatur, Dilationes sunt inductæ, quæ sunt assignatio temporis, intra quod actus judicialis expedi-

endus. * Quædam sunt Legales, à lege lata: quædam Conventionales, ex consensu partium concessæ: quædam Arbitrariæ, quæ arbitrio judicis dantur, causa cognita, pro personæ, causæ, temporis conditione, *l. Numquam 71. D. de jud.* * Aliæ item initio litis sive ante litem contestatam dantur, ut citatoriæ: quæ vocato dantur ad comparandum termino assignato, etiam interdum peremptorio, ita dicto, quod perimat disceptationem, id est, ultra non patiatur adversarium tergiversari, *l. Et tertium 70. D. de jud.* Non sit tamen nimis brevis, præcipuè in rebus Ecclesiasticis, *c. 1. h. 1. Deliberatoriæ*, quæ sunt viginti dierum, *Auth. Offeratur C. de liti. contest. ut deliberet reus.* Hæ denegantur, si ex litem citatoris plenè potuit reus instrui, *c. 2. §. h. 1.* In medio sive post litem contestatam dantur Probatoriæ, ad allegatorum & exceptionum probationem. * quatum spatium lex ita est moderata, si ex ea provincia, in qua lis agitur, sint producendi testes; aut instrumenta, non amplius quam tres menses indulgeantur, si ex aliena, continenti tamen, non ultra sex; si ex Ultramarina, non ultra novem. Quod tempus non excedit iudex, quamvis diminuat ex causa. Potest tamen iterato dare hoc spatium ex causa urgenti, ut habet textus in *l. 1. Cod. h. 1. & in l. 7. D. de feriis.* Post judicium datur decendium, sive decem dierum dilatio ad appellandum, appellacionisque actus exercendos, *de quibus inf. tit. de appellat.*

In criminalibus causis duæ dilationes actori reo tres dari possunt, causa cognita. In civilibus autem una tantum danda, *l. fin. D. h. 1.* nisi aliud urgens causa velit, *d. l. 7.* Ratio diversi juris est, quod causæ criminales sint gravioris momenti, in quibus contingeret facile lædi innocentiam. Dantur verò plures dilationes reo, quam actori, quia favorabilior, ut ejus innocentia facilius defendatur.

Effectus dilationis est, quod stante tempore dato, quod est continuum, officium judicis cesset super isto articulo, *l. 3. C. h. 1.* Dies pro termino assignatus totus cedit illi, cui assignatus: datus enim in commodum alicujus non debet restringi in ejus odium. Unde ultimo etiam momento rectè comparet, *§. omnis stipulatio 2. Inst. De V. O.*

TITULUS IX.

De Feriis.

SUMMARIUM.

1. *Feria alia Solemnes & Ordinaria, alia Repentina & Extraordinaria.*
2. *Festis diebus ab omni opere servili cessandum.*
3. *Liberalia opera iis diebus non prohibentur.*
4. *An scribere die festo liceat?*
5. *An pingere?*
6. *An iter facere?*
7. *An saltus, actusve musicos exercere?*
8. *An venari & piscari?*
9. *Alus bellandi an licitus die festo?*
10. *Militia & studium quatenus aequiparentur.*
11. *Intellectus l. Divus D. de Feriis & dilationibus.*
12. *Opera quaedam non servilia prohibita exerceri diebus festis, ut mercatus.*
13. *Ut qua concernunt processus judiciales.*
14. *Citatio facta die feriato ad non feriatum est nulla.*
15. *Item facta die non feriato ad feriatum.*
16. *Citatus an tunc teneatur comparere die proximo non feriato?*
17. *Citatio pro die feriato causa hominum tenet.*
18. *An appellacionem interponere die festo liceat?*
19. *Arbiter an procedere eo die possit?*
20. *Executio an die festo licite fiat?*
21. *Actus voluntaria jurisdictionis non prohibiti die festo.*
22. *Iuramentum iudiciale prohibitum die festo.*
23. *An extrajudiciale?*
24. *Excessus huiusmodi precepti quale peccatum esset.*
25. *Obligatio illius durat toto die, & quo modo dies computetur.*
26. *Opera naturalia hac prohibitionem non continentur.*
27. *Excusatio ab observatione huius precepti primo, Necessitas privata, publica, proximi.*
28. *Secundo, Opera pietatis; licet de se servilia.*
29. *Tertio, Materia levitas vel opus modici temporis.*
30. *Quantum temporis spatium consentur modicum.*

31. *IV. Excusatio consuetudo.*32. *V. Dispersio superioris.*33. *An feris renuntiari possit?*

Ad dilationes spectant Feriæ, à feriendis hostiis nuacupata: * quæ aliæ sunt Solemnes & Ordinariæ, aliæ Repentinæ & Extraordinariæ, Priores vel in cultum divinum sunt institutæ, ut sunt dies Dominici & Festi, tempus Quadragesimale, vel in utilum humanum, ad futurum collectionem: quibus id committitur, ut iis cessent judicia privata & publica, atque in jus vocari possit.

Festis diebus hoc singulare est, quod ab omni opere servili Christianos vacare oporteat: h. e. quale est opus mechanicum & corporale non solum ex parte instrumenti, sed etiam ex proximo effectu, ad quem natura sua vel ex sui institutione ordinatum, ut fuerit, crearet, fodere, & similia.

Liberalia opera non veniunt sub prohibitionem, ne istius præcepti: ut etiam tota die iis inhære liceat, citra peccatum, modò secundum Ecclesiæ præceptum ad iudicium Missæ; non distinguendo, subitæ lucri causa nec ne, quia ea non mutat rationem præcepti. Quo modo tota die dans operam studiis, non tantum Theologicis, in quibus minus dubium, sed etiam Juris, Medicinæ, Matheseos, & aliis non peccat; quamvis aliqui contra velint, ut videre est apud Abbatem, in d. c. n. 4. h. e. cum studium ordinetur tantum ad mentem illuminandam & perficiendam, & nihil habeat servile. Non rectè obijciunt, ea ratione licere etiam ad discere mechanicas artes die festo, quod intellectum perficiant: nam instructio in iis fit per exteriores actus serviles. Hinc licitum est docere die festo quamcunque scientiam & artem, prout ad mentem instruendam pertinet, sive voce, sive scripto, quia hoc totum est liberale.

Q. An liceat scribere die festo? Resp. Scripturam esse potius mentis opus, cum sit quedam locutio permanens, atque ita non tam servile, quam liberale opus non tantum, si quis proprios conceptus exprimat, sed & alienos excipiat, uti discipulus magistri, etiam mercede media; Navarr. in Summa cap. 13. n. 12. & 14. quia huiusmodi merces non facit mutari conditionem rei, ut fiat servilis, quæ ex se est liberalis. Quod videtur etiam di-

cca-

endum in nuda transcriptione instrumenti alicujus ; cum nihilominus sit mentis opus : quamvis ea de re quidam dubitent , & aliud velit Navar. d. locorum. 14. Cujus opinio posset procedere in isto hominum genere , quos publica potestas aut propria voluntas ad hoc occupationis genus destinavit , ut servitent communi , quales sunt servi ac ceteri opifices : Nihil facit , quod imprimere libros sit servile ; quia id non fit per modum locutionis & expressionis conceptuum mentis , uti scriptio , sed per actionem merè mechanicam , componendo ac disponendo literas singulas , easque imprimendo , quod mechanicum & servile , atque ita illicitum die festo.

5 Quid de actu pingendi dicendum ? Posset videri , non esse servilem magis , quàm scribendi , cum sit opus mentis , ad ejus informationem ordinatum : eparrat enim quodammodo pictura historias , atque ita die festo licete videtur . Tuius tamen inter servilia ponitur , die festo prohibita , sive pretio , sive liberaliter fiat , quia hoc non variat rationem operis servilis : quale est actus ille , continens opus corporale terminatum ad materiam extrinsecam , dirigibile per artem mechanicam ; ad instar artis sculpendi & conflandi imagines , quam constat esse mechanicam , & die festo illicitam . Neque enim magis , quam illa , exprimit conceptus mentis , & non tendit per se , ut illam instruat : atque ita non est opus doctrinæ & disciplinæ , uti est scriptura .

6 Inter facere inter servilia non ponitur & die festo citra peccatum licet ; cum animum non impediatur , quod minus Deo vacet , audita tamen Missa . Nisi circumstantiæ quid servile includant : quo modo etsi licitum sit currum vehi , non licet tamen , citra præcepti violationem , unâ res transvehere , quia id ipsam est servile . * Simile iudicium est de saltu , & actibus musicis vocum , instrumentorum , qui inter artes liberales ponuntur , atque ita non prohibiti : quamvis fisis , qui non faciunt opus servile , sit malus , qui non ad hujus , sed ad alterius præcepti violationem pertinet .

8 Q. An liceat venari , piscari die festo : Resp. Navarum , d. cap. 13. num. 21. vers. 6. negare

opus esse servile piscari , atque ita die festo licitam videri venationem etiam quæstus causa . Verum patet ex cap. 3. h. t. piscationem die festo illicitam esse , cum ibi permittatur ex necessitate , ut aliàs non sit permissa : piscationi autem similis est venatio , Ratio est , quia non fit sine opere corporali , eoque gravi , ut inter illicita die festo opera possit poni ; nisi moderata sit , & gratia recreationis vitandique otii eam excuset . Videtur & consuetudo excusationem aliquam dare , quæ ut potest legem humanam remittere , ita & opera , lege humana prohibita , licita facere .

9 Quid de actu bellandi dicendum ? Videtur opus actualis militiæ , & pugnæ de se servile esse , sive bellum sit iustum , sive iniustum , cum hoc non variat rationem prohibitionis : quia licet regimen militiæ sit potius opus mentis , quam corporis , ipse tamen actualis congressus potius est corporis actus , habetque multa servilia . Ut nihil faciat , quod exerceatur etiam ab ingenuis & nobilibus , habetque adjunctam nobilitatem , nam ea procedit nisi ex fine remoto , quia scilicet tendit ad Reipubl. defensionem per ostentationem virium , & indicium præstantis animi , unde quædam nobilitas & fama acquiritur , cum proximus sit in actuali usu corporis , de se servili , non liberali .

Nihil facit , quod Imper. in l. Advocati Cod. De advoc. divers. jud. militiam & studium in honore comparet : nam ista comparatio non est in omnibus , & nequam in intrinsicis conditionibus , sed tantum quoad utilitatem & necessitatem eorum in bonum publicum .

11 Nihil etiam facit , quod l. C. in l. Divus D. h. t. dicat , ea , quæ ad militarem disciplinam pertinent , diebus etiam feriatis esse peragenda : nam loquitur de quibusdam exercitationibus & demonstrationibus militaribus , quæ de consuetudine ex morali necessitate ratione fieri solent etiam feriato die magis commodè , quam aliis ; & præterea habent parum aut nihil servilis operis . Posset etiam ista lex accipi de bello defensivo , quod licitum quæcumque die facit necessitas , can. Si nulla xxiii. q. 8. Quamvis & aggressivum licitum faciat occasio comparandi victoriam , quæ

quæ semel amissa non facile redit, arg. c. 3. h. sit. ubi occasio facit licitum, quod alias illicitum.

12 Sunt & quædam opera non servilia prohibita, de quibus in c. 1. h. 1. Primò, Mercatus; quo nominæ venit contractus emptionis, locationis, permutationis. Præcipuè prohibita sunt publicæ venditiæ, cum magno hominum concursu fieri solita. Idem est iudicium de privatis nundinis. Fiunt tamen publicæ etiam die festo plebis, ac in locis. Fiunt & elocationes rerum diebus festis, quas consuetudo videtur excusare. Sunt tamen venditiæ, quantum fieri potest, & moderandæ, ut non introducantur, & introductæ non extendantur.

13 Secundo, prohibentur ea, quæ concernunt judiciales processus, c. fin. h. r. veluti citare, in processu procedere, testes examinare, sententiam ferre, quia spectant hæc ad strepitum iudiciale, d. c. fin. prohibitum.

14 Ubi quaeritur, An citatio die festo facta sit valida? Resp. Citationem die festo intimatam, licet pro die feriato, esse omninò nullam, cum d. c. fin. non tantum prohibeat actus judiciales, ad quos illa spectat, sed etiam annullat, siue decretum emanarit à iudice die festo, & omninò nulliter, siue etiam validè die profesto: nam vitium commissum est in citationis intimatione, quæ eam annullat. * S. m. l. iter nulla est citatio pro die festo, ut scilicet tunc quis compareat & respondeat, etiamsi intimatio facta sit die non feriato; quia canon vult actus judiciales cessare diebus festis, ne homines à divinis avertantur.

15 Ubi quaeritur, An citatus ad diem feriatum teneatur comparere die sequenti non feriato? Resp. Si expresse & formaliter quis citatus fuerit pro die festo, veluti D. Joannis, omninò nullum & invalidum esse actum, & ne quidem teneri citatum comparere die proximè sequenti non feriato, quod directè sit contra præceptum de observatione festorum, ut nihil operetur, & nullum producat effectum. Si non exprimat dies festus, sed certus dies mensis, in quaerit forte festum incidit non videri esse actum contra legem, ideoque non irritum, & obligari citatum parere, ut potest, scilicet proximo die habili. Unde moris est in citatione addere, Si iudicis dies fuerit, a-

lias prima die iudicis & c. Citatio facta usque ad diem festum iusta est, cum tantum contineat prorogationem temporis, intra quod compareat reus, Abbas in d. c. fin.

Et hæc ita quoad ferias in honorem Deitæ ductas: nam quoad inductas causa hominum, volunt valere citationem factam pro feriato tempore, licet non cogatur comparere citatus. Si tamen compareat, & sententia feratur, ea valebit, l. 1. D. h. r.

An die festo liceat appellationem interponere? R. Posset videri, appellationis interjectionem spectare ad strepitum iudiciale, sicut spectat prosecutio, ideoque esse prohibitam uti hæc est prohibita, Facit, quod nullibus Canonum talem det licentiam, & quod videatur venire sub generali præcepto de observatione festorum. Communiter tamen videtur contrarium receptum, Glof. in d. c. fin. & in l. 1. Cod. h. r. Abbas d. c. fin. n. 13. qui volunt omnitemporè appellationem interponi posse. Verum loca ab his allegata non probant hoc ipsum. Isti opinio procedat præcipuè in casu necessitatis, quæ alias periret occasio ejus interponende, per lapsum temporis præfinito, quod est continuum: merito enim tunc conceditur, cum spectet ad defensionem naturalem.

Quid de arbitro dicendum? Resp. Nec posse arbitrum verum procedere, aut sententiam ferre die festo; cum ille procedat modo iudiciali, qui prohibitus in die festo: quo modo expressum est in l. 7. Cod. h. r. nec apud arbitros esse ullam cognitionem iurgiorum die feriato. Arbitrator tamen cum sit tantum amicabile conciliator pacis, non impeditur ab exercendo suo munere, Abbas d. c. fin. n. 10. Advocatum posse die festo iudicem informari, citra noxam, est verius, cum nec sit actus iudicialis nec servilis.

Dubitatur & de executione sententiæ ante late, an ea prohibita die festo? Resp. Abbatem in c. fin. n. 22. sup. de iudic. tenere, executionem esse omninò validam, ex eo, quod non sit actus iudicialis, atque ita non contenta sub prohibitione de qua c. fin. h. r. Verius eam esse prohibitam & irritam, juxta d. c. fin. quod licet non loquatur de executione expressæ, tamen cum sententiam ferri prohibeat, etiam executionem fieri prohibet: præcipuè cum de

jure civili executio sit prohibita, l. 2. c. 1. *fn. Cod. h. t.* per quod recte explicatur Canonicum, ubi agitur favor religionis. Et facit ratio eadem, cum major sit partium & populi turbatio in executione, quam in sententiae prolatione.

21. Quantum ad actus voluntariae jurisdictionis, illi non sunt prohibiti, cum *d. c. fin.* tantum prohibeantur actus judiciales, & qui eò pertinent, propter strepitum judicalem à divino cultu avertentem, quem non requirunt dicti actus, ut validi sint dicendi. Unde emancipationes, manumissiones recte illis diebus fiunt, uti & super iis acta fieri permittuntur; *l. Actus C. h. t.*

22. Tertio prohibijam est juramentum, *d. c. 1. h. t.* tam super spiritualibus quam temporalibus, propter textum istius generalitatem, quem limitat ad causas temporales, est sine fundamento, nec fert eam limitationem duplex exceptio indistinctè proposita, *nisi pro pace, vel alia necessitate.* Et hoc omnino verum est quoad juramentum judiciale.

23. Quæritur est An extrajudiciale sit licitum die festo? R. Posse videri, nec hoc esse licitum; nam alias superflua subjungeretur specialiter prohibitio juramenti, cum illa sit contenta in prohibitione actuum judicialium. Deinde excipitur ibi juramentum pro pace, quod solet fieri extra judicium in quacumque conventioni; ut necesse sit poni regulam. Sed in contrarium facit quod sic juramentum, alioqui licitum ex objecto, sine, & aliis circumstantiis; ex eo solum poneret speciale peccatum, quod in festo fiat, quod est contra omnem usum & sensum Ecclesie, & contra rationem, cum nulla sit causa omnia juramenta prohibendi. Dicendum, non esse prohibita ibi sola juramenta judicialia, nec tamen omnia extrajudicialia; sed & quibus contractus & conventa, quæ ibi veniunt nomine mercatus, firmantur. Nam cum textus in *d. c. 1.* duo prohibeat, & addat juramentum, quod illa solent firmari, eatenus etiam illud prohiberi, dicendum, non item generaliter. Et facit eò exceptio subjuncta, *nisi pro pace.* quale juramentum non est judiciale, sed pertinet ad juramenta conventionum & humanarum obligationum. Ideo autem istud excipitur specialiter, quia pium opus est, pacem procurare, ut in diebus etiam festis de-

beat esse licitum. Notanda autem est differentia inter prohibitionem quoad contractus & actus judiciales, eoque spectantes, nam hi omnino sunt irriti *d. c. fin. in fine*, non etiam isti à quibus lex vult quidem abstinendum esse, non tamen eos irritos declarat.

Obligatio hujus prohibitionis, quia materiam gravem continet, ordinatur ad gravissimū finem, qui est cultus divinus. Ut ponat reatum mortalem ejus transgressio, licet in individuo possit esse venialis, ex levitate meretrici; aut excusari ex conscientia erronea probabilis, aut etiam in advertentia simplici.

Durat autem istius præcepti obligatio toto tempore diei civilis xxiv. horarum, qui varicè computatur. In lege veteri à vespera usque ad vesperam, quò se refert, *c. 1. h. t. de* cujus intellectu disputatur, ut videre est apud Covarr. 4. *Vna. Resol. c. 19. n. 9.* Hodie juxta regularem Ecclesie usum, à media nocte usque ad mediam noctem, secundum morem Romanum, *l. More, 8. D. h. t.* Ubi Glossi tradit apud aliquos ab occasu ad occasum, aut ab ortu ad ortum computari. Posset & in Ecclesia dari præceptum vocandi in festo pro dimidio tantum die, ut ab ortu Solis usque ad meridiem, quòd ista determinatio nunc sit de jure Ecclesiastico, neque enim hodie obligat lex antiqua.

Hæc de præcepto observandi ferias. Sub quo non veniunt opera naturalia, edere, bibere, & alia, quæ corpus humanum vitare non potest, etiam in diebus festis, ut in dul. exui, & similia, quòd non sint servilia, cum per artem non dirigantur. Sunt autem causæ excusantes ab ejus observatione.

1. Necessitas imminens, quæ præveniri non potuit, ut propriæ conservationis vel sustentationis vitæ & familiæ; quia intentio Ecclesie non est obligare cum tanto gravamine. Facit enim necessitas licitum, quòd alias illicitum, cum legem non habeat *c. quod non est inf. De R. I.* Sic excusantur pauperes operantes die festo, qui aliàs se suamque familiam sustentare non possent. Caveant tamen secretò & sine scandalo id agant, & sit necessitas certa. Agricola quoque, ingruente pluvia, licetè laborant, ut segetes tueantur; uti & si festo die colendi terram occasio se offerat.

Q. que

quæ aliis non data, ne occasione momenti pereat commoditas, cœlesti provisione concessa, ut ait Imp. l. 3. Cod. h. s. Ea de causa etiam indulgetur alicuius capere: interdere die festo, si ejus rei alias non facili offeratur occasio, c. 3. h. s. Excusat mulier magis necessitas Reipubl. cui potius subveniendum quam propria. Item necessitas proximi etiam privata, non tantum si agatur de vita ejus, sed & si de facultatibus conservandis. Sic licet chirurgus alicujus venam fecerit, si valetudo postulet: licet ad extinguendum ignem, qui domum alterius attingit, die festo subvenitur, cum inducta pro caritate, non debeant contra caritatem militare. Pauperi & inopi rectè succurritur per opus servile, si necessitas inest pro illo die, non alias.

28 II Dant omnino excusationem opera pietatis in divinum cultum tendentia, licet de se servilia, uti campanas pulsare, onera deferre, tabulatum in usum istius diei efficere, viam, templum, altaria ornare. Consulendum tamen pridie hæc fiant, si sit commoditas. Præcipue actio mundandi templum scopis, veltiendi parietes aulais & tectis, non reservanda in diem festum; neque enim deerit culpa, saltem venialis, nisi contemptus letalem ponat. Quæ omnia probantur arg. c. 1. h. s. & c. fin. ibi, nisi necessitas urgeat, vel pietas aliud suadeat.

29 III. Excusat etiam, saltem à mortali, materiam levitas, & opus parvi temporis. Sic excusant plerique tendentem barbam ab omni peccato, si pridie non licuit, vel saltem à letali. Distinctis tamen vicibus eodem die exercens servilia parvo tempore, quæ conjunctim ponunt tempus notabile, non est extra culpam letalem; quod tempora illa parva in unum coalescant, & notabile tempus ponant, in festi violationem. Dico, eodem die; nam si diversis diebus, modica illa tempora non coalescant, propterea quod cujuslibet diei obligatio eo transacto cesset, ut continuatio fieri nequeat; Uti nec si eodem die plures modico tempore operentur; quia neque modica illa singulorum tempora possunt dici coalescere, cum cujuslibet culpa non excedat venialem, quæ non potest transire in letalem. Nam tunc veluti una ponetur ex pluribus aggregatis. Quod dici non potest, cum non sciatur, in cujus persona ponenda sit; non enim magis in

unius, quam alterius: omnes autem ea costringere nequeat.

Disputatur, Quantum temporis spatium cœsetur modicum? R. Esse, qui tradant, modicum esse, quod non attingit tertiam diei partem. Verum ea sententia non nititur probabili ratione, & præjudicat multum isti præcepto. Probabilior est eorum opinio, qui ad horam restant, quod respectu totius diei vicissima pars non possit dici nimia nec excedere modicum tempus: ut per consequens non ponat letalem culpam. Videtur tamen tempus minus hora ponere violationem festi, nec vacare gravi culpa quam in re arbitrio iudicis standum.

IV. Facit & consuetudo, aliqua esse exempta ab istius præcepti prohibitione: illa enim legi humanæ derogat, eam limitat, interpretatur. Sic actio coquendi & præparandi cibos ex se est servilis, & sub præcepto illo continetur, saltem quoad ea, quæ pridie fieri commode possunt, eoque videtur facere, quod habetur Exodi c. 12. *Diei prima erit sancta atque sollemnis, & dies septima eadem festivitate venerabilis, nihil operis facientis in eis, exceptis his quæ ad vesendum pertinent*: ex consuetudine tamen populi Christiani etiam quos ea exempta, vel altem ista exemptio consuetudine aucta. Nam ad ordinarium victum [cujus præparatio numquam inhibita ab Ecclesia] non erant necessarii pastilli, & alij cibi artificiosi, qui magno constant labore, per consuetudinem tamen permittuntur, & præparatio ciborum ad omnes has delicias ampliata, quamvis coarctanda sit ad ea, quæ convenienter pridie fieri nequeunt.

Eximit denique dispensatio superioris ab observatione præcepti, qualis est Pontifex, Episcopus, aut ordinarius Episcopalem habens jurisdictionem: imò & Pastor loci, in Episcopi absentia, aut si non potest facile ad superiorem recurri. Subst. tamen causa rationalis, quia non facile recedendum à jure semel posito, nec in eo dispensandum. Nec rectè obijcies, causam necessariam per se excusare, ut inutilis sit dispensatio: nam non omnis causa per se sufficit ad tollendam obligationem, sed tunc demum, cum tanta est necessitas, ut constet clarè legem non obligare, Navar. in Summa c. 17.

Dicta de observatione festorum non concernunt tantum festa, quae ubiq; observanda, sed etiam, quae in loco singulari, sive statutis Episcopaliibus, sive etiam consuetudine inducta. An autem inducta possint per laicorum statuta, dictum supra, Tit. de Constitut. num. 30.

Posterioris generis feriae imponuntur à Principe, ex occurrente causa victoriae, natae prolis, unde & vocantur Imperiales, quod ipse solus eas indicat, l. 1. C. h. t.

33 Q An feris renuntiari, per partes possit? R. Solemnibus in honorem Dei inductis non renuntiari, uti nec repentinis, inductae enim sunt in honorem & favorem superioris, nemo autem nisi favori suo renuntiat, l. penult. C. de patris. Ut renuntiatio ista procedat in feris mesium, vindemiarum, c. ult. h. t. quod in favorem privatorum principaliter sunt inductae, quae competunt non rusticis tantum, sed & non rusticis, & otiosis, cum l. 1. De h. t. indistincte loquatur, ut notat tibi Glossa.

TITULUS X.

De Ordine cognitionum.

SUMMARIUM.

- 1. Causa criminalis praesudicat civili.
- 2. Possessoria causa praemittenda causa proprietatis.
- 3. Prajudicialis suspendit decisionem principalis.

Ordine deinceps cognoscenda, qui exigit causas praeponderantes praecognoscenda. Hinc causa criminalis praemittitur civili, nisi plus periculi sit in civili, l. fin. C. de ord. judicior. Potest tamen & simul utraque disceptari & dirimi, si simul utraque proponatur, l. 3. C. d. fin. Possessorium potius est in iudicio, ut dicitur infra Tit. XII. etiam si agatur de crimine, l. 1. C. de appellat. quod principaliter sit in possessione, quia interim, dum de crimine agitur, careret dejectus in sui detrimentum, & periculum esset, ne ad manus venirent partes, possessionis obtinendae causa, propter ejus commoda. Unde spoliatus ante omnia restituendus, nec audiendus, spoliator ante restitutionem, nisi per modum exceptionis spoliationem ob-

iciat, c. 2. & fin. h. t. & inf. tit. 13. de restit. spoliat.

Prajudicialis quoque causa suspendit principalis causae decisionem. Sic hereditatis petitio cessat, donec causa status aut natiuitatis obiecta sit decisa, c. 3. h. t. Et lis super matrimonio suspenditur, donec consanguinitatis liquetur obiectio, c. 1. h. t. Hujus enim decisio illi praedictum facit, l. 1. C. h. t. Exceptio quoque testibus obiecta prius excutienda, quam testimonium earum accipiatur. Tractanda autem quaestio praedicta coram eodem iudice, licet alius non competente, l. 1. C. de ord. judic. Nisi tamen fuerit causa alterius fori, quae nequidem incidenter à laico definienda, c. Lator inf. qui filii sine legit. & c. pen. h. t. ubi hereditatis quaestio coram laico pendens non impedit quaestioem matrimonii remitti ad Ecclesiasticum.

TITULUS XI.

De plus petitionibus.

SUMMARIUM.

- 1. Plus petere quot modis quis dicatur.
- 2. Poena plus petentis.

Plus iusto nihil debet continere libellus. Plus iusto contraere est quatuor modis, scilicet re, loco, tempore, causa, quos explicat cap. 1. h. t. circa finem. Poena plus petentis esse dicitur, quod reus, qui plus petit, in expensas teneatur reo, licet non ad interese: tempore plus petenti iudiciae duplicentur, nec alter cogatur litem excipere, nisi expensis sibi solutis. Videantur dicta infra Tit. de actionib. §. plus autem & rit. C. de plus petitionib.

TITULUS XII.

De causa possessionis & proprietatis.

SUMMARIUM.

- 1. Possessio quid?
- 2. Alia est Civilis, alia Naturalis.

2

3. Quo

3. Quo modo acquiratur, retineatur, amittatur.
4. Possessionis causa pramittenda causa proprietatis?
5. Iudicia in petitorio ubi instituendum.
6. Petitorium cum possessio an cumulari possit?
7. Vtraque causa an & quando una sententia sit terminanda.
8. Iudicio petitorio inchoato, actor ad possessionem an redire possit?

I Rdo cognitionis postulat, ut de possessione prius statuat, quam ad proprietatem eatur. * Possessio est rei corporalis de reo; animo adfectioneve possidendi. Dicitur, rei corporalis, quia incorporalia proprie non possidentur. Cuiusmodi est beneficium, cuius tamen dicitur esse quedam possessio; vel ficticia, quae acquiritur per institutionem, extra locum beneficii, vel corporalis seu actualis, de qua infra tit. de institutionib. commodius dicitur. Dicitur, animo possidendi, quia alias non tam possessio, quam de reo erit, qualem habeat inquilinus, colonus, commodatarius.

2. Duplex autem est: alia Civilis, quae constat iure & animo domini, qualem habet, qui credit se à vero domino & iusto titulo rem habere, cum habeat à non domino: alia Naturalis, quae adfectione quidem Domini caret, non tamen adfectione possidendi, qualem habet creditor in re pignorat. Prior est iuris & facti, cum non consistat sine iure & animo Domini, nec sine corpore, quod possidetur. Posterior est potius facti, quam iuris, cum desit iuramentum & adfectu Domini, consistat verò in corpore, l. Nemo 10. C. De acquir. possess.
3. Adquiritur animo & corpore, id est corporali apprehensione. Retinetur etiam per alios solo animo; faciliorem est retentio, quam adquisitio. Amittitur solo quoque animo, quamvis non sit perfecta amissio, nisi & corpore deseratur, l. quemadmodum. 8. D. de acquir. poss. l. Ferd 133. De R. I. ubi ut in adquisitendo, ita & in amittendo requiritur animus & corpus. Plura videantur ad Tit. D. de acquir. & amit. poss.
4. Quod ad Tit. hunc & materiam huius loci attinet, possessionis cognitio pramittenda cognitioni proprietatis, ut sciat, quis petito-

ris onera sustineat, quis commodo possessionis fruatur, l. inter 62. de iudic. l. 3. C. de inchoat. Aliàs inchoatum foret; quis à quo petere debeat.

Constitutam possessionem, qui succubunt petitorium intentat coram eodem iudice, et. de secundum praescriptum iuris civilis, l. Orisiani C. De rei vindic. quia continentia causa non est dividenda; quatenus tamen iudex est capax. Quo modo hodie, licet causa possessionis super beneficiis coram laicis tractetur, proprietatis tamen causa coram Ecclesiastico est ventilanda. Obtinens in petitorio reo ad iudicium possessionem ab eodem advocat: praevalent enim possessioni proprietatis tantum in exi-quendo, cap. 6. h. t. Beneficium tamen collatio facta ab eo, qui tempore collationis erat in possessione conferendi, non invalidatur ab eo, quod postea in causa proprietatis collator succumbat, cap. h. t. cum res inter alios acta aliis non prejudicet. Vide Covarr. Pract. 99. c. 14.

Quaeritur autem, Utrum petitorium & possessorium simul in iudicio proponi possint: ubi praenotandum, ad possessionem iura detinenda inventa esse interdicta, quae, amissis his minus huic loco servientibus divisionibus de quibus. Infit. de interd. a. ia sunt ad petitionem possessionis, ad consequendam possessionem numquam habitam; alia recuperanda, ad amissam recipiendam; alia retinenda, ut ea quae habetur, pacifice & sine turbatione retineatur, Infit. d. tit. & Cod. eod. Quantum ad propositam quaestionem, plerique contendunt, cumulationem possessionis ad ipsam vel recuperandam cum petitorio procedere, ut scilicet possit quis contendere, se esse Dominum rei, & in possessione inique turbati adversario, vel agere ad eam sibi cedendam, cap. 4. 6. h. t. non etiam possessorium retinendam. Verius tamen, & hic videri cumulationem admittendam, cum Pontifex in d. c. 4. & 6. indistinctè loquatur de proposito possessionem cum petitorio, nec subest ulla repugnancia, cum possessio retinenda agens, est sibi advoget possessionem, non tamen agens petitorio eam adversario concedat, ne quidem, tacite cum possit petitorium intentari in eum, qui detinet tantum modo restituenda rei habeat facultatem.

Officium 9. D. De rei vindic. Nec obstat, quod spoliatus ante omnia sit restituendus: hoc enim verum, nisi spoliatus utriusque probationem suscipiat, ut saltem in altero triumphare possit, c. 2. h. t. Sed & iure civili idem non male procedere dicitur, quia illud litium abbreviationem & diminutionem desiderat, l. 3. C. De interd. & aliis similib. quæ cum dicuntur, possessionis causam prius decidendam esse, non negant utramque simul suscipi posse: neque enim hoc casu eadem res est; cum nihil habeat commune possessio cum proprietate, Naturaliter 12. §. nihil De acquir. posses. Vi. de dicta plenius de hac questione, ad Tit. D. De interd. nu. 7. & 8.

7 Est autem utraque causa simul in iudicio proposita, unâ sententiâ terminanda, cap. 5. h. t. cum simul de utraque actum, ad evitandas expensas. Nisi iudici videatur consultius suspendere petitorii decisionem, c. 2. h. t. quia de proprietate non satis constat. Ex conquisitione 10. infra. seq. Quo casu causa petitorii nullum sit præiudicium, quo minus ea postea decidatur: nisi tale sit possessorium, cui proprietatis causa conjuncta, quæ & simul decisa cenferur, lib. 2. §. quadam D. De interd. Quando autem una sententiâ utraque causa terminanda, prius pronuntiandum de possessorio quam petitorio, cum possessorii ea natura sit, ut præmitti debeatur, d. 1. 2. & l. Ordinarii C. De rei vindic. In executione tamen (si forte alteri parti adjudicetur proprietatis) prævalebit causa petitorii, d. e. 3. quia potentior, cum dominium sit potentius possessione, eamque ad se trahat. Ut in dolo versari videatur volens sibi restituere possessionem, in qua superavit, quam mox restituere cogatur adversario victori in causa Domini. Quod non male etiam procedere dicitur in possessorio recuperandæ, cum petitorii causa huiusmodi possessorio etiam sit potentior.

8 Queritur & hic, An inchoato iudicio petitorio, si ejus videatur difficilem pronuntiationem, redire possit actor ad possessorium? R. Possit, per text. d. e. 5. h. t. cum res facile ad naturam suam redeat, ut hic: ordinariè enim possessorium petitorio præmittunt. idque antequam in causa concludatur, d. cap. 5. Per hoc enim renuntiatur ulterioribus probationibus & causa est pænè decisa. Nihil obstat

Auth. Qui semel C. Quomodo & quando iudex sent prof deb. quia tantum agit de eo, qui tergiversandi animo conatur in causa semel suscepta non procedere: hic autem justa causa subest, ut scilicet saltem possessio probetur, & causa suscepta non tam extinguatur aut deferatur, quam tantum suspendatur, Cum fundum §. fin. D. De vi & vi arm. Quod an procedat in possessorio retinendæ, queritur. Et pluribus videtur non obtinere, propter text. in d. e. 5. h. t. ubi tantum fit mentio recuperandæ & adipiscendæ. Quia tamen & hic eadem ratio, quæ in nominatis d. e. 5. cum possessioni non videatur renuntiasse, qui petitorium intentavit, putant idem hic obtinere. Non obstante d. e. 5. quod licet tantum mentionem faciat adipiscendæ & recuperandæ; non excludit tamen putant retinendæ, eò quod de illis tantum fuerit consultus Pont. Idem de hoc responsurus, si interrogatus fuisset. Videantur Interpp. ad d. l. Naturaliter §. nihil & ibi Cujac. D. De acquir. posses. & qua diximus ad d. tit. D. de vi & vi arm. n. 13. & 14.

TITULUS XIII.
De restitutione spoliatorum.

SUMMARIUM.

1. Spoliatus quis dicatur.
2. Spoliatus restituendus ex sola allegatione spoliationis.
3. Modo probet se possidisse tempore spoliationis.
4. Petitio restitutionis ex causa spoliis adversus quem locum habeat.
5. An contra tertium bona fidei possessorem, ex remedio can. Redintegranda?
6. Cui competat.
7. Contra quem.
8. Quid veniat in hanc restitutionem.
9. Restitutio hac locum non habet in causa matrimoniali.
10. Exceptio spoliis an removeat agentem per modum reconventionis.
11. Intellectus c. fin. De ord. cognit.
12. Spoliato agenti an rectè objiciatur exceptio Domini?
13. An hac exceptio iure Canonico prædonem notorium spoliatum removeat?

Q 3

Si spo-

- 1** **S**poliationis incidat quaestio, ante omnia restitutio facienda. * Spoliatus hic dicitur, qui vi vel clam possessione rerum dejectus, *D. Quod vi aut clam*. Quod & de eo intelligitur, qui à iudice spoliatus, juris ordine praetermissus, *c. Conquerente 7. h. t.* aut ab eo; qui rescriptum aut sententiam obtinuerat, ejus propria auctoritate est dejectus, *l. 6. C. Vnde vi*.
- 2** In petenda restitutione, praeter spoliationis allegationem, nihil aliud est adferendum, *cap. 5. h. t.* Nec temerabitur eam obiecta exceptio Domini per reum, etiam oblata probatione in continentia, *l. h. t.* qua de re plenius infra; aut exceptio institutionis Canonicae, *d. c. 5.* aut criminis, *c. 6. h. t.* Est enim hoc casu actor reo favorabilior, idque in odium & poenam ejus, qui contra juris prohibitionem jus sibi dicere attentavit, Necesse tamen, actor intentionem suam legitime probet, ut consequatur effectum.
- 3** Ubi Primò requiritur, probet possessionem se habuisse tempore spoliationis, *l. 1. V. de jectis & D. De vi & vi arm. c. Ex parte 14. h. t.* eamque legitimam. Alias conquerens de spolio non audietur. Sic non sufficit ad probandam uxoris possessionem, quòd in domum fuerit introducta ante annos pubertatis, cum res sit inhabilis possideri, & ita decisum *d. c. 14.* Nec laicus beneficio se spoliatum rectè conqueritur, quòd possidere nequit, *c. Causam 7. inf. t. 26. De praescrip.* Parochialis juris possessio non probatur ex eo, quòd excommunicatio lata ab actore sit servata, *c. Olim 17. h. t.* quòd argumentum hoc sit insufficientis, cum potuerit timore potius, quàm obedientiae aut subjectionis causa fuisse servata.
- 4** Secundò requiritur, ut spolium sit factum ab eo, in quem agitur, aut alio ejus mandato vel ratihabitione, *c. Cum ad sedem 15. h. t.* In eum, qui non spoliavit, minime intentatur, *l. Cum à te 7. De vi & vi arm.* ne quidè si mala fide possideat, inspecto saltem jure civili, quia non intulit vim, qua vincitur interdictum. Unde vi, quòd est restitutorium, qua in re jure Canonico quid emendatum, quo in possidentem scienter tem à spoliatore agi potest conditione ex *d. c. Cum ad sedem & c. Sepe 18. h. t.* quòd videatur talis succedere in vicium sui auctoris; & non multum interesse, quòd animæ periculum, injustè & sci-

enter rem alienam detinere aut invadere. Multò minus jure civili competet contra tertium bonae fidei possessorem. Concepta enim istò jure interdicta in personam, non competunt adversus tertios possessores, quia personalia personas non egrediuntur.

Q. autem, An jure Canonico competat contra tertium possessorem bonae fidei? R. Videtur receptum communius, competere conditionem ex remedio *can. Redintegranda 11. q. 1.* propter generalitatem verborum istius canonis, in quo dicitur quilibet spoliatus restituendus, frustra temporis, aut alia quacumque conditione obiecta. Sed contrarium est verius, per *d. c. 15. & 18. in quibus hoc remedium datur contra possessorem, qui scienter alienam possessionem tenet, & est successio in vicium: ut alter res se habere sit dicenda in eo, qui est bonae fidei possessor, qui non successit in vicium alterius. Illustratione, qua tituntur praedicta duo capitula, non militante in bonae fidei possessore, nec debeat obtineri eorum decisio. Cumque sint posteriora dicto *can. Redintegranda*, dicendum, per ista hujus restringi generalitatem, Reliqua repetere ex dictis ad *t. D. De vi & vi arm. m. 11.**

Competit hæc restitutionis petitio spoliato, sive per se, sive per alium hæredi item ejus, qui fungitur vice defuncti. Possessio sit civilis, an naturalis tantum, non distinguitur: unde & fructuatio competit, *l. 3. §. in i. d. d. tit.* cum naturaliter possidere dicatur, *l. Naturaliter 12. in princ. D. De acquir. possess.* Uti nec distinguitur, justa sit, an injusta possessio, cum & praedictò restituendus veniat, *l. 1. §. qui à me 30. D. De vi & vi arm.* Excommunicatus non audietur, cum rege illi non detur.

Datur contra spoliantem, sive per se, sive per alium mandando, ratum habendo, cum in maleficiis ratihabito sit pro mandato, *d. l. 1. §. de jectis 12. & §. sed et si quod 14.* non in tertium possessorem, uti jam dictum.

Venit restitutio ablati, & omnis damni per spoliatorem dati, *d. l. 1. §. restitutio 34. & c. Gravis 11. h. t.* ne qua injuria fiat spoliato, & ex sua injuria spolianti quid adferat. Non interest, res sint salva, nec ne: sitis enim, ejus factò spoliato damnum esse datum. Non ultra tamen quis restituendus, quàm est spoliatus: neque enim restitui commode id potest, quo quis

quis non destitutus. Hinc spoliatum se dicens uxore ante consummationem, non rectè peter restitutionem ad copulam, quam non habuit: quo tamen casu superest illi actio ex vi contractus matrimonialis.

9 Ceterum quæ de restitutione ante omnia faciendæ dicta sunt, patiuntur exceptionem in causâ matrimoniali. Agens enim recuperandæ uxoris rejicitur per objectionem consanguinitatis, præcipuè in gradibus divinâ lege prohibitis, cujus prompta offertur probatio, *l. litteras 13, h. t.* Alias, si non sint paratæ probationes, non differenda restitutio, maxime si consummatum fuerit matrimonium, *c. Ex conquisitione 10, h. t.* Facit & Fornicatio spoliati ei denegari restitutionem, cum præbeat justam divortii causam. Item magna sævitia viri in uxorem, si nequeat sufficiens securitas mulieri dari, *d. c. 13, in fine etc. Ex transmissa 8, h. t.*

10 Quæstionis est, An exceptio spoliati removeat agentem per modum reconventionis? R. In spectro jure civili minimè removeat, ut patet ex *l. 7, c. Ad L. Jul. de vi*, quod ultimum vitium sit primo purgandum, & quod peccaverit secundus spoliator contra prohibitionem juris, sibi propria auctoritate jus dicendo, in cujus odiû & poenam indistinctè audientia denegatur. Juratamen Canonico ejusmodi exceptio videtur obstat spoliato agenti, cum non continuo & ante omnia restituatur, sed audiatur reus obiciens spoliati exceptionem, per expressum tex. in *c. fin. sup. De ord. cognit.* ubi dicitur audiendus reus super quæstione spoliationis.

11 Quod aliqui accipiunt, quando spoliatio hinc inde est facta circa res diversas, non etiâ circa rem eandem. Qui intelletus non videtur posse subsistere, cum *d. c. fin.* simpliciter loquatur, & spoliatio circa res diversas non debeat posse excludere una aliam, aut impedire restitutionem per compensationem, quæ non habet locum nisi in quantitatibus. Unde verius accipitur *d. c. fin.* de spoliatione circa unam & eandem rem; ut primus spoliator agens contra secundum sit indignus privilegio restitutionis, juxta vulgare dictum. Qui paratus est in alium dicere, ipse omni vitio careat.

Neutiquam audietur super spoliatione, qui

alienam ingressus possessionem postea à domino adveniente est repulsus, cum non tam sit spoliatus, quàm impeditus, ac spoliatus, *c. Olim 12, h. t.* quod cuilibet licet, cum defensionem rerum suarum natura permittat. Et hoc, si in continenti fiat; nam alias non tam ad defensionem spectabit, quàm vindictam sapiet, *l. 3, §. eum igitur D. De vi & vi arm.* Nihil juvabit spoliantem, quod post spoliationem beneficio renuntiavit spoliatus, aut illud ejuraverit; præsumitur enim renuntiatio facta potius metu, quàm liberè, *d. c. 2, h. t.* Ante spoliationem facta renuntiatio facit cessare præsumptionem metus, nisi aliud probetur, *d. c. 2, §. 3, h. t.*

Alia quæstio est, An spoliato agentis rectè obijciatur dominii exceptio? R. Si jus civile inspicias, videri, non rejici spoliatum per exceptionem dominii per varia juris loca, quæ volunt spoliatum ante omnia restituendum esse, *l. 7, c. Ad L. Jul. de vi, l. 4, C. Unde vi, & similia.* Verum ea loca loquuntur quidem indistinctè de spoliato restituendo; accipi tamen possunt & commodè de spoliato, qui non est certus prædo, & spoliante, domino quidem, sed de cujus dominio non patet. Unde si de dominio spoliantis certo constet, simul & spoliatum esse notorium prædonem, contra dicendum erit, cum non voluerit lex prædonem adficere præmio, qui poena dignior. Atque ita hanc partem tenet Covarr. 4. *Decretal. p. 2, c. 7, §. 1, nu. 12.* quam latius probavimus *D. De vi & vi arm. nu. 17. & seqq.*

Tantum hic repetenda venit quæstio, ut propria hujus loci, An jure Canonico exceptio dominii notorium prædonem spoliatum removeat? R. Prima facie videri non removeat. Pro quo primò facit, quod spoliatus etiâ prædo ante omnia sit restituendus de rigore juris, *c. 1, h. t.* Non facta distinctione, an contra dominium, an contra tertium spoliantem. Secundò, quod restitutionis petitio ex causâ spoliationis ita sit privilegiata, ut actor non cogatur respondere spoliatori ante restitutionem, *c. 3, sup. De ord. cognit.* Ex quibus & aliis est collecta regula & recepta, spoliatum ante omnia esse restituendum. Tertio videtur facere textus in *c. Porro inf. De divort.* ubi etiâ posita publica & notoria paten-

parentela, dicitur tamen vir non posse expellere uxorem suam abque iudicio Ecclesie, iubeturque recipere eam temere expulsam.

His tamen non obstantibus, dicendum nihilominus cessare restitutionem. Quam sententiam quidam probare nituntur *c. Litteras 13. h. 1.* ubi oblata in continenti probatione causae, ob quam quis alterum conjugem spoliavit, non datur plena restitutio. Verum iste textus parum facit, cum loquatur in casu speciali, quo agitur de vitando peccato incestus, à quo confcium impedimenti non salvetur mandatum iudicis, ut patet ex ipso textu: ut cum decisio ista sit singularis, non veniat extendenda. Rectius aliqui probationem posterioris opinionis adducunt *cap. fin. eod. in 6.* ubi possessor spoliatus ab eo, pro quo est jus commune, nequaquam dicitur restituendus; non alia ratione, quam quod clarè sit, cum iniuste possidere, spoliante vero esse dominum. Nec est, quod quis dicat ibi agi de causa beneficii, in qua, si de jure spoliantis pateat, ideo denegari restitutionem, ne detur vitiosus ingressus; cum & in beneficiis supra dicta regula, de restituendo ante omnia spoliato, obtineat, si non constet de jure, ut patet expressè ex *cap. 5. h. 2.* & tradit Covar. ad 4. *Decretal. p. 2. c. 7. §. 5. nu. 12. & 13.* Facit pro ista parte ratio, quod, cum constet de jure proprietatis, non sit attendenda causa possessionis: hæc enim licet in pronuntiatione sit prævalenda, illa tamen in executione prævalet, *c. 7. sup. sit. prox.* Ut frustraneum foret concedere restitutionem prædoni contra dominum, cui mox rem restituere cogeret, *d. c. 6.* Facit eo textus in *l. Bona fides D. Depositi*, ubi licet deposita res sit restituenda ipsi deponenti, dominus tamen comparens præferendus, quod justior ejus sit causa.

Nihil obstat regula primo & secundo loco allata, quia rectè accipitur in casu, quo non concurret dominus cum notorio prædone.

Non obstat tertium; nam aliqui respondent in isto cap. idcirco juberi restitutionem, quod dimissio conjugis sit facta contra Ecclesie prohibitionem: sed minus accommodè, cum & sit contra juris prohibitionem per vim rem licet suam alteri auferre & in odium spoliationis videatur lex mandasse restitutionem spoliati. Dicendum itaque, in isto tex-

tu agi de dissolvendo matrimonii vinculo, ad quod nullum notorium potest sufficere, ne quid temerè fiat etiam in notorio, sed expectandum est iudicium Ecclesie. Ut rectè ibi temerè dimissam recipere cogatur, & super-inductam dimittere & hoc tantum quoad cohabitationem, & similia, quæ peccati nihil involvunt, non etiam quoad opus carnis, qui peccatum poneret ejus restitutio in scientie impedimentum, quem neutriquam excuset iustus iudicis, *d. c. Litteras 13. h. 1.* Quod autem in *d. c.* Porro causa dissolvendi vinculi matrimonialis restitutionem causer, patet ex eo quod alias restitutio denegetur, si prompta offeratur probatio causæ dissolutionis, ut in *d. c. 13.* ex ratione, quod frustra restitui se petat, quæ restituta dimitti potest. Ut idem sit statuendum hæc in questione, Vid. Menoch. *De rebus per. possess. remed. l. nu. 11. & Sanchez, De crim. Tract. 10. Disp. 12. nu. 38.*

TITULUS XIV.

De Dolo & contumacia.

SUMMARIUM.

1. Contumacia quid, & quis contumax?
2. Poena rei contumacis ante litem contestatam.
3. Post litem contestatam.
4. Contumax appellans non audiatur.
5. Actor contumax qualiter puniatur.
6. Sententia contra contumacem lata in beneficiis an transeat in rem iudicatam.

Quod si pars iudicium subterfugit per dolum aut contumaciam, non foret hoc impunè. Dolus hic non omnis accipitur, sed quatenus contumaciae adjunctus. * Quæ est inobedientia ejus, qui tribus edictis propositis, aut uno peremptorio pro tribus aut literis denuntiationibus evocatus, presentiam sui coram iudice facere contemnit, *l. Contumacia 33. §. 1. D. De re iudic.* Habetur & contumax, qui accepta citatione in iudicium venire sine justa causa recusat, aut dolo facit, quo minus citatio ad eum perveniat: nam qui dolo facit, ut aliquid non habeat, quod eum habere oportet, pro eo habetur, ac si accepit *l. ad ea 157. D. De R. I. Ut & ille, qui sine illi*

centia iudicis à iudicio abire, *c. 4. ubi Glof. i. h. t.*
Dolo cessante nemo dicitur contumax, *d. l. 1. §. 1. p. annu*: cessante enim culpa cessat & poena.

Contumaciae autem sunt variae poenae: aliae ante litem contestatam, aliae post eam; aliae actoris, aliae rei. Reo contumace ante litem contestatam, iudex, cognita summariè contumaciae causa, mittit actorem in bona rei, *d. c. 4. qua de re Tir. seq.* ut adfectus tædio ablatae possessionis veniat responsurus. Quod sit rei potentia aut dolus actorem à possessione excludat, ne sua illi malitia pro sit elapso anno actor constituetur verus possessor, *c. penult. h. t.* Si tamen reus intra annum caveat stare iuri, extra poenam erit: & hoc de benignitate Canonica, quae in personis & negotiis Ecclesiasticis rigorem non ira servat, *c. 1. h. t.* Utitur & iudex sequeltratione rerum, & condemnat contumacem in expensas, *c. 2. h. t.* Suspendit etiam ab officio, *c. Veritatis 8. h. t.* aut excommunicat, *c. 3. sup. tit. 6. Vi lite non contest.*

Post litem contestatam reo contumacitee agente, sententia ferri poterit, si actor legitime intentionem suam probet, rei absentiam supplente divina praesentia, *l. Properandum 13. §. fin. autem C. De iud. §. d. c. 4. h. t.* Idque in ordium contumaciae, cum alias contra absentem indefensum sententia lata non teneat, *l. 1. c. De sent. & interloc. om. iud.* Contumax appellans non auditur, cum non nisi de se queri possit, *d. §. fin. autem vid. Glof. fin. in Clem. 1. h. t.* Si agatur via iquisitionis, ad testes & sententiam proceditur contra contumacem, & ad poenam, quatenus absenti infligi potest; cuiusmodi est depositio, ne per contumaciam contingat delictorum impunitas, *d. c. 8. h. t.*

Cum actore absente per contumaciam, quia gravior est, durius agitur. Admittitur enim reus etiam ante contestationem ad intentionis suae probationem per testes, aut alia documenta: per quae si de causa liqueat, absolvi poterit, *c. 3. h. t.* ita ut denuo agere volentem exceptione rei iudicatae repellat. Potest & reus damnari actore absente, si huius causae inveniantur melior, *d. l. 13. §. & si quidem C. De iudic. Alias ab infantia tantum absolvitur, salvo actori iure agendi ex alia instantia, solutis tamen prius expensis, c. 1. 104. in 6. d. §. & si qui-*

dem. Et hoc intra annum, intra quem non comparens actor videtur ab omni actione cadere. *Novel. de litigio fin. in fine.*

Quantum ad sententiam laram contra absentem & contumacem in beneficiis, ea non videtur transire in rem iudicatam, quoad superiorem, quo minus possit & partium iuribus inquirere, *c. 7. h. t.* Idque ex misericordia: soler enim in iis juris rigor non ita attendi, si iustitia non periclitetur, *d. c. 1. h. t.*

TITULUS XV.

De eo qui mittitur in possessionem causae rei servandae.

SUMMARIUM.

1. Missio in bona ex primo decreto quid operetur.
2. Quid ex secundo decreto.
3. Effectus huiusmodi missionis.
4. Non habet locum in beneficiis.

Contumacia fugientis ac latitantis missionem in bona decerni facit. Ea duplex est. * Prior ex primo decreto, qua missus nec dominium, nec veram possessionem rei acquirit, sed tantum detentionem; *c. fin. §. in aliis sup. Vi lite non contest.* Quod non tantum verum est in actione personali, sed & reali; nam nec in hac ex primo decreto acquiritur possessio, saltem incommutabiliter, quod ea rei intra annum comparenti, & cautionem praestanti, sit restituenda, *c. 1. §. 2. h. t.* Quod & dicendum, si sistere se, aut cautionem offerre impediatur, aut oblata non acceptetur, *d. c. 2. ne poena sit, ubi culpa non est.* Ita ut ne quidem ad expensas teneatur, quod iis causis non dederit, aut tertii injuria. Quas etiam evitabit, & in pristinum statum restituetur, qui probet se contumacem non fuisse, *c. 1. hoc tit.*

Posterior est ex secundo decreto, per quam actor fit verus possessor, servata reo legitima defensione super dominio, donec praescriptione aut aliâs excludatur, *Glof. d. §. in aliis.* Opus est hoc decreto in personalibus, non etiam in realibus: in his enim lapsus anni sufficit ad veram possessionem, *d. c. 1. h. t.* Ratio differe-

differentia est, quia in his actor intendit rem suam esse, & pro eo praesumi facit rei contumacia in illis vero tantum rem sibi deberi, unde opus alio decreto ad consequendam veram possessionem rei alienae.

Tempus secundi decreti interponendi ponunt in arbitrio iudicis, quod nullibi illud sit expressum. Non solet tamen iudex anni tempus praevénire.

3 Prodest haec missio non tantum missis, sed & non missis, qui debiti causam praetendunt, si degentes in eadem provincia intra biennium, absentes intra quadriennium compareant, de debito probent, expensas factas prorata persolvant, *l. fin. C. De bonis auctorit. jud. possid. & dixi hac de re ad tit. D. De reb. auct. jud. possid. nu. 9. Vid. latius Wesenb. D. De damno infecto.* Si rei potentia aut dolus incluserit actorem a possessione ex primo decreto, ne suus dolus illi profit, lapsa anno actor nihilominus constituetur verus possessor, *c. pen. h. t.*

4 Non in omnibus autem huic missioni locus est: non in beneficiis, ne ad ea derur ingressus vitiosus, contra *cap. 1. De R. I. in 6.* Unde in iis diligenter examinato negotio procedendum ad sententiam, *c. 1. h. t. in 6.* Aliud est si agatur de proprietate Ecclesiarum; tunc enim habebit locum missio, ut patet ex *c. 2. h. t. & tradit Gloss. in c. 1. V. vitiosus eod. in 6.*

TITULUS XVI.

Ut lite pendente innovetur.

SUMMARIUM.

1. Lis pendere quando dicatur.
2. Lite pendente cur nihil innovandum, & eius rei exempla.
3. Aliensatum quo modo revocandum.
4. Alienatio necessaria non revocatur.

Quod dictum, ratione contumaciae decreti missionem in possessionem, non est extendendum, ut contra regulam juris aliquid innovetur lite pendente. * Lis pendere dicitur, simul atque citatio debite est facta, qua plene instrui potuit reus, *Clement. 2. h. t. Ut appareat,*

aliud esse, litem pendere, aliud litem esse contestatam.

Ideo autem lite pendente omnia in eodem statu sunt relinquenda, quo erant tempore litis inchoatae, secundum, *c. 1. hoc tit. no qua conqueratur, se injuste privatum suo iure in sui dispendium quid attentatum in recontroversa.* Quo modo possessio rei controversae manet penes reum, donec lis decidatur, etiam si ex causa adulterii agatur ad thorsoparationem, *c. 2. h. t. Privilegium impetratum lite pendente, non facta eius mentione, vitibus caret, c. fin. h. t. Rescriptum, quo quid innovatur pendente lite, habetur subreptitum; quia non praesumitur Pont. cuiquam suum velle auferre, nisi hoc expresserit. Hoc & subrogationes in locum defuncti, aut alienus ex litigatoribus resignantis, non tenent, cum contineant odiosas litium prorogationes, *c. 1. & 2. eod. in 6.* Ad defensionem tantum litis illi, quorum interest, admittuntur, & hoc juxta statum, in quo litem inventur, *c. in fine. Vid. Rebuff. in Praxi benef. De subrogat.**

Attentatum si quid fuerit, sive alienando, sive alio modo, est revocandum. Imois, in quem alienatio facta, non ignarus causa, rem restituit, pretio amisso, quod non credit alienanti, qui & alterum tantum fisco insere tenetur, *l. fin. C. De litigiosis.* Ignorantia emptoris dat ei licentiam pretii repetendi; cui & tertia pretii pars, a venditore, aut alio alienatore, decipiente superadditur, reliquis duabus in fisco relatis, *d. l. fin. §. 1. Quod si res alienata restitui nequeat, & quivalens substituitur, c. 3. & 4. h. t.* Si vero huiusmodi res fuerit facta obnoxia religioni, non rescinditur: quidem alienatio in religionis favorem; quia tamen dedicans contumeliosus in Deum extitit, falsa religionis specie in alterius injuriam eum honorans, duplum alteri rependere jubetur, *l. fin. D. de litigiosis.*

Patuntur dicta exceptionem in alienatione necessaria, sub nomine dotis, donationis propter nuptias, transactionis, legati, fideicommissi, divisionis hereditatis, *l. fin. in fine C. de litig.* Ponit enim necessitas alienationem extravitum.

TITULUS XVII.

De Sequestratione possessionum & fructuum.

SUMMARIUM.

- 1. Sequestratio regulariter prohibita.
- 2. Sequester quis dicatur.
- 3. Res sequestrata possessio an transeat in sequestrum?

EX eo, quod lite pendente nihil sit innovandum, sequitur, sequestrationem possessionis & fructuum regulariter esse inhibitam, *l. unica C. De prohib. sequestrat. pec.* Continet enim innovationem, & est instar spoliationis; cum sit rei litigiosa à possessore separatio, & in manus tertiæ securitatis ergo, depositio, *l. licet. 17. D. Depositi.* Quod accipiendum non de voluntaria sequestratione; a enim cum fiat partium consensu, nihil vitii habet sed de necessaria & judiciali, quæ sit auctoritate Judicis, parte invitata ideoque odiosa & prohibita, *d. l. un.* Nisi aliud causa suaserit, veluti si dissipet possessor fructus, *c. 2. & 3. h. 2.* si rem mobilem possidens de fuga sit suspectus, aut rei translatione, cujus difficultas futura sit recuperatio, aliisve casibus, de quibus *Gloss. fin. d. c. 2. h. 1.* * Sequester dicitur, apud quem res controversa deponitur; ita dicitur, quod ejus fidem utraque pars vel iudex sequatur, *l. Sequester 110. D. De verb. signif.*

Quæsitum est, An possessio rei sequestrata transeat in sequestrum? R. Id aliquos admittere in ea, quæ est voluntaria, non etiam in necessaria; ex ratione, quod actus voluntarius sit potentior necessario. Verius tamen neutri transire possessionem, nisi hoc sit actum, *l. Interesse 39. D. De acquir. possess.* secundum quam accipienda *d. l. licet D. depositi.* Facit ratio, quod nunquam transeat possessio per traditionem sine titulo, quæ alias censetur potius facta custodiæ causâ, *l. Propriè D. eod.* Non est autem sequestratio titulus sufficiens. Facit etiam, quod non sit verisimile possessorem commodum possessionis velle amittere. Vid. *Zibarel. ad Clem. 1. nu. 25. h. 1. Cora. 3. Miscell. c. 2. nu. 11. & seqq. & dicta ad tit. D. Depositi nu. 55.* An præbendas conferat sequester, dicitur infra, *tit. De præbendis.*

TITULUS XVIII.

De Confessis.

SUMMARIUM.

- 1. 8. confessi habentur pro veritate, & confessus pro iudicato.
- 2. Confessus de se non interrogandus de socio.
- 3. Confessio debet fieri præsentem ad versario, & ex certa causa.
- 4. Debet esse certa & absque errore.
- 5. Faciendus super re principali.
- 6. Confessio percuratoris an præjudicet domino.
- 7. Confessio an revocari possit?
- 9. Ad confessionem an requiratur sententia?
- 10. Confessio in criminalibus quid operetur.
- 11. Confessio extrajudicialis qualiter probet?
- 12. Confessio liberatoria quid operetur, parte absente.
- 13. Confessio extrajudicialis geminata an plene probet?

Definitio, quæ circa causam incidere soleat, venit ad principalem intentionem libello contentam: quæ probanda ab actore, nisi per rei confessionem (de qua ideo præmittitur) relevetur ab onere probandi.

Confessio alia est judicialis, quæ fit in iudicio, alia Extrajudicialis. Illius effectus est, quod confessi habeantur pro veritate, quoad ipsum confitentem, eumque faciat pro iudicato haberi, *c. 2. h. 1. l. 1. C. eod.* quasi damnatum sua sententia. *l. 1. 3. D. eod.* cum nemo præsumatur contra se temerè confiteri, Dico, quoad confitentem: quia alii per alium non præjudicatur confitendo, *l. Non debet, 74. D. De reg. juris;* nisi causam à confitente habeat, quia videretur causa confitentem concernere, ² Quo modo socius criminis, de se confessus, super aliorum conscientis non est interrogandus, nisi in crimine excepto, uti Majestatis, *c. 1. h. 2.* Nec confessus audiendus super aliis, quod res ea periculo non vacet, ut patet *ex l. fin. Cod. De accusat.* cum posset aliquis alienam salutem in dubium deducere, de sua desperans. Si tamen socius infamiâ laboret, ei injungenda purgatio, *d. c. 1. in fine.* Et hoc quoad judicialem factam coram iudice com-

TITU.

petentes; nam alias non excederet vires extrajudicialis, quæ plenè non probat.

3 *Fiat præfente adversario, ejusve procuratore, l. Certum 6. §. si quis absente h. r. quia ut judicatum non tenet, nisi inter præfentes, ita nec confessio, l. De unoquoque 47. D. De re judic. Vide Telsaur. Decis. 109. Gabriel lib. 1. Commun. Opin. tit. De confessis concl. 3. Fiat & ex certa causa, quod alias non videatur facta ex certa scientia, sed ex abrupto potius. Felin. in c. Si cautio. n. 10. inf. De fide instr. Unde etiã volunt causam habeat abjectam. Sit profecta à majore xxv. annis, sanæ mentis. Minori lætio salva est restitutio. d. l. 6. §. penult. Ejus qui mente caret, confessio nulla est; uti pupilli citra auctoritatem tutoris. * Sit quoque certa; judicatum enim debet esse certum. Unde reus urgendus, ut certum confiteatur. Absit error, saltem facticum non fatetur, qui errat, l. 2. §. pen. D. h. t. Nihil faciente juramento, quod sequitur naturam actus, Error juris non videtur excusare confitentem, d. l. 2. quod non sit iustus, secundum eã, quæ trã junctur, tit. D. §. Cod. De juris & facti ignor. saltem quoad iuratum captivum: aliud in damno vitando. * Sit super re principali, non etiam super uno ex pluribus articulis, quos solet actor ponere, ut explicat Glossa in c. 1. eod. in 6. Neque enim relevatur ab onere probandi actor, nisi quoad ea, quæ confessus est reus.*

6 *Ubi quæri solet, An procuratoris confessio præjudicet domino? R. Possè videri non præjudicare, ne alteri per alterum adferatur iniqui conditio, l. Si sine 9. §. si defensor D. De interrog. inf. & melior tex. in d. l. Certum 6. §. sed an D. h. t. ubi nos sufficit procuratoris tutoris fatenti; ex ratione, quod viderentur donare, perdere rem domini. Et hoc volunt communiter, quando voluntariè confitetur; si enim per viam contentiosæ jurisdictionis, dicunt communiter præjudicari domino per confessionem procuratoris, quod est necessitate officii debeat respondere ad exhibitas partis adversæ positiones: pro qua sententia esse. fin. h. t. ubi confessio œconomî nocet, si ante finitum negotium non doceatur error. Eodem facit, quod sententia contra procuratorem lata noceat domino, l. Plautius 61. D. De procurat. Ut & contumacia procuratoris domino, si sciens eam non purgaverit, adferat*

præjudicium, c. 1. in fine sup. tit. 6. Abbas in d. 2. nu. 29. Specul. De confessionib. §. Postremo n. 2. Jos. Ludovicus Decis. Lucen. §. n. 30.

Alia est quæstio, An revocari confessio possit? R. Si acceptata fuerit à parte, & intermedium intercesserit, & præcipuè si geminatum non possè revocari, quod geminatio factæ præsumi confessionem fuisse deliberatam: ut prætextu erroris aut allegatæ falsitatis revocari eam nolit Roman. Confil. 134. per l. Quisquis Cod. De plus petit. Possè tamen videri, nulli impedire geminationem, quin revocari possit, probato errore, quem geminatio non claudit. Et quamvis faciat præsumi pro confessione, ea tamen præsumptio est iuristratum, non etiam juris & de jure, non excludens probationem in contrarium. Quo facti, quod dictum, D. De patris, pacta etiam geminata actionem non producere, propter quod geminatio non faciat cessare levitatem. Et hoc, si sit confessio ipsius partis, si reus, si advocati ejus, procuratorisve, ne quis nihil debeat, aut insons damnetur. Quo facti, quod habet Ant. Gabriel 1. Commun. Opin. tit. De confessis, concl. 5. æquius esse, possè revocari confessionem deliberatè factam, si de errore probetur. Id. in l. Error 19. C. De juris & facti ignor. etiam si jurata fuerit: nam qui errat perjuratus de ei nequit, can. Homines xxii. q. 2.

Hæc de judiciali confessione, cujus effectum diximus esse, quod faciat confitentem haberi pro judicato, id est confessionem habere vim judicati, l. 1. D. h. t. ut nullæ dicantur esse partes judicantis in confessum, l. Proinde 25. in fin. D. A. L. Aquil.

An ergo non requiritur sententia? R. Judiciali confessionem omnino requirere sententiam, ut patet ex l. 3. D. eod. tit. Judicium enim semel coactum sententia derimendum, & Judex super re; de qua cognovit, pronuntiare debet, l. De quare 74. D. De re judic. Nec facit, quod confessus pro judicato habeatur hoc enim ideo tantum, quia non est opus probationibus aut ulteriori inquisitione, quod Uti nec obstat, quod dicitur, nullas esse partes judicantis in confitentem, cum hoc non excludat condemnationem, juxta d. l. 3. §. 1. D. hoc tit.

10 In criminali negotio confessiones reorum pro exploratis haberi non oportet facinoribus, si nulla alia probatio religionem cognoscens instruat, l. 1. §. *divus* D. de *questionibus*. Possit enim confessio potius ratio vitæ aut desperatione emissa esse, quam conscientia criminis, d. l. 1. §. *si quis ultro*. Et in hac necessariam esse sententiam, si præcedat confessio litem, si sequatur, verum est, l. 3. D. de *custodia reor*, cum ad probationem etiam ipso jure inflectam nemo teneatur ante sententiam, ut habet receptissima opinio.

11 Ad extrajudicalem quod attinet, ei non adest vis plenæ probationis: ut non faciat haberi prejudicatum conscientem, l. 1. C. h. t. cum non præsumatur facta deliberatè. Semiplenæ tamen probationis loco communiter volunt haberi, si eorum parte fiat, & ab ea acceptetur, quamvis acceptationem non esse necessariam non pauci velint, ut videre est apud Gabriel. d. loco *concl.* 2. & Mascard. de *probat. concl.* 346. Vid. Præses Everardi *Conf.* 131. n. 1. Absente verò parte facta nullas vires habet.

12 Unde quaesitum, An liberatoria confessio quid operetur, parte absente? Resp. Non videri plenè probare, cum non sit nisi confessio extrajudicialis, cui non adest vis plenæ probationis etiam si per duos testes probetur; cum testes non faciant eam judicalem, aut habere majorem vim, sed tantum probentemissam. Præterea hujusmodi confessio continet speciem quamdam donationis, quæ non est firma, antequam acceptata fuerit, ut dicitur infra *tit. de donat.* ante enim liberum est promittenti recedere: ut etiam videatur liberum revocare ejusmodi confessionem Gabriel. d. loco *concl.* 1. num. 23. Tescant. *Decis.* 109. Si tamen confessio talis facta fuerit coram quinque testibus rogatis, fide dignis, effectum habebit & probabit sufficienter, l. *Testium* 18. *Cod. de testib. junctim* No. vel. de *testib.* 90. §. 2. Jure Canonico. probatam duobus testibus vult præjudicare confidenti, Covarr. ad c. *quamvis* §. 2. §. 4. n. 1. quasi eo jure alteri per alterum acquiri possit; cujus contrarium est verius, ut traditum d. *De verb. oblig.* n. 69. Uti & verius, eo jure non dari actionem ex nudo pacto, ut dictum supra de pactis.

13 Quaesitum & illud, An geminata confessio

extrajudicialis probet plenè? Resp. Hoc plerisque velle; uti & actionem producere, ut videre est apud Gabriel. d. loco *concl.* 3. Marantam p. 6. de *confess.* n. 15. Præf. Everardi d. *conf.* 131. n. 1. vers. *quarto*, propterea quod ejusmodi geminatio faciat eam esse ad instar judicialis. Moventur arg. l. *si mulier* 12. *Cod. Ad S. C. Vellei*, an. ubi mulier post biennium iterato cavens non utitur Vellejano. Facit & pro his textus in l. *Odiosus* *Cod. de plus petit.* atque ita tradit Jason. in l. *Sed si* 11. §. *si cum* n. 4. D. de *jurejur. alios citans*. Possit tamen contrarium videri alicui probabilis argumento eorum, quæ alibi dicta sunt de nudo pacto, illud scilicet geminatum non producere actionem, quòd geminatio non debeat esse loco plenæ probationis, & actione producere, cum nullibi hoc jure probetur, vel loca allegata in alio casu loquantur, scilicet quo quis confessioni suæ vult contravenire, aut exceptionem contra eam proponere, idque ibi certis requisitis. Ut soli geminationi dari nequeat, ut ne quis ex ea conveniatur, cum geminata confessio nihil plus virtutum contineat, quam prima & simplex confessio. Verum communis opinio videtur esse in contrarium, ut & possit videri in praxi sequenda. Gabriel. d. *concl.* 3. Jos. Ludovicus, *decis.* 9. n. 4.

An verò defuncti confessio quid operetur, & quibus ea proferatur, repetere licebit ex dictis ad D. *ead. tit. n. 8. & seqq.*

TITULUS XIX.

De Probationibus.

SUMMARIUM.

1. Probatio quid?
2. Alia est Artificialis, alia Inartificialis.
3. Alia plena, alia semiplena.
4. An alia juris, alia facti?
5. Probandi onus cui incumbat.
6. Probatio faciendâ post litam contestatam.
7. Negans probatione non oneratur.
8. Ordo in probando quis servandus.
9. Probationem quisque secum adferre debet, non desumere ab adversario.
10. Probationis effectus.
11. Probatio semiplena quam fidem præstat.

R 2

Si

petentes; nam alias non excederet vires extrajudicialis, quæ plenè non probat.

3 *Fiat præfente adversario, ejusve procuratore, l. Certum 6. §. si quis absente h. r. quia ut judicatum non tenet, nisi inter præfentes, ita nec confessio, l. De unoquoque 47. D. De re judic. Vide Telsaur. Decis. 109. Gabriel lib. 1. Commun. Opin. tit. De confessis concl. 3. Fiat & ex certa causa, quod alias non videatur facta ex certa scientia, sed ex abrupto potius. Felin. in c. Si cautio. n. 10. inf. De fide instr. Unde etiã volunt causam habeat abjectam. Sit profecta à majore xxv. annis, sanæ mentis. Minori lætio salva est restitutio. d. l. 6. §. penult. Ejus qui mente caret, confessio nulla est; uti pupilli extra auctoritatem tutoris. * Sit quoque certa; judicatum enim debet esse certum. Unde reus urgendus, ut certum confiteatur. Absit error, saltem facticum non fatetur, qui errat, l. 2. §. pen. D. h. t. Nihil faciente juramento, quod sequitur naturam actus, Error juris non videtur excusare confitentem, d. l. 2. quod non sit iustus, secundum eã, quæ trã junctur, tit. D. §. Cod. De juris & facti ignor. saltem quoad iuratum captivum: aliud in damno vitando. * Sit super re principali, non etiam super uno ex pluribus articulis, quos solet actor ponere, ut explicat Glossa in c. 1. eod. in 6. Neque enim relevatur ab onere probandi actor, nisi quoad ea, quæ confessus est reus.*

6 *Ubi quæri solet, An procuratoris confessio præjudicet domino? R. Possè videri non præjudicare, ne alteri per alterum adferatur iniqui conditio, l. Si sine 9. §. si defensor D. De interrog. inf. & melior tex. in d. l. Certum 6. §. sed an D. h. t. ubi nos sufficit procuratoris tutoris fatenti; ex ratione, quod viderentur donare, perdere rem domini. Et hoc volunt communiter, quando voluntariè confitetur; si enim per viam contentiosæ jurisdictionis, dicunt communiter præjudicari domino per confessionem procuratoris, quod est necessitate officii debeat respondere ad exhibitas partis adversæ positiones: pro qua sententia estc. fin. h. t. ubi confessio œconomî nocet, si ante finitum negotium non doceatur error. Eodem facit, quod sententia contra procuratorem lata noceat domino, l. Plautius 61. D. De procurat. Ut & contumacia procuratoris domino, si sciens eam non purgaverit, adferat*

præjudicium, c. 1. in fine sup. tit. 6. Abbas in d. 2. nu. 29. Specul. De confessionib. §. Postremo n. 2. Jos. Ludovicus Decis. Lucen. §. n. 30.

Alia est quæstio, An revocari confessio possit? R. Si acceptata fuerit à parte, & intermedium intercesserit, & præcipuè si geminatum non possè revocari, quod geminatio factæ præsumi confessionem fuisse deliberatam: ut prætextu erroris aut allegatæ falsitatis revocari eam nolit Roman. Confil. 134. per l. Omissas Cod. De plus petit. Possè tamen videri, nulli impedire geminationem, quin revocari possit, probato errore, quem geminatio non claudit. Et quamvis faciat præsumi pro confessione, ea tamen præsumptio est juris tantum, non etiam juris & de jure, non excludens probationem in contrarium. Quo facti, quod dictum, D. De pallis, pacta etiam geminata actionem non producere, propter quod geminatio non faciat cessare levitatem. Et hoc, si sit confessio ipsius partis, si reus, si advocati ejus, procuratorisve, ne quis nihil debeat, aut insons damnetur. Quo facti, quod habet Ant. Gabriel 1. Commun. Opin. tit. De confessis, concl. 5. æquius esse, possè revocari confessionem deliberatè factam, si de errore probetur. Id. in l. Error 19. C. De juris & facti ignor. etiam si jurata fuerit: nam qui errat perjuratus de ei nequit, can. Homines xxii. q. 2.

Hæc de judiciali confessione, cujus effectum diximus esse, quod faciat confitentem haberi pro judicato, id est confessionem habere vim judicati, l. 1. D. h. t. ut nullæ dicantur esse partes judicantis in confessum, l. Proinde 25. in fin. D. A. L. Aquil.

An ergo non requiritur sententia? R. Judiciali confessionem omnino requirere sententiam, ut patet ex l. 3. D. eod. tit. Judicium enim semel cooptum sententia derimendum, & Judex super re; de qua cognovit, pronuntiare debet, l. De quare 74. D. De re judic. Nec facit, quod confessus pro judicato habeatur hoc enim ideo tantum, quia non est opus probationibus aut ulteriori inquisitione, quod Uti nec obstat, quod dicitur, nullas esse partes judicantis in confitentem, cum hoc non excludat condemnationem, juxta d. l. 3. §. 1. D. hoc tit.

10 In criminali negotio confessiones reorum pro exploratis haberi non oportet facinoribus, si nulla alia probatio religionem cognoscens instruat, l. 1. §. *divus* D. de *questionibus*. Possit enim confessio potius ratio vitæ aut desperatione emissa esse, quam conscientia criminis, d. l. 1. §. *si quis ultro*. Et in hac necessarium esse sententiam, si præcedat confessio litem, si sequatur, verum est, l. 3. D. de *custodia reor.*, cum ad probationem etiam ipso jure inflectam nemo teneatur ante sententiam, ut habet receptissima opinio.

11 Ad extrajudicalem quod attinet, ei non adest vis plenæ probationis: ut non faciat haberi prejudicatum conscientem, l. 1. C. h. t. cum non præsumatur facta deliberatè. Semiplenæ tamen probationis loco communiter volunt haberi, si eorum parte fiat, & ab ea acceptetur, quamvis acceptationem non esse necessariam non pauci velint, ut videre est apud Gabriel. d. loco *concl.* 2. & Mascard. de *probat. concl.* 346. Vid. Præses Everardi *Conf.* 131. n. 1. Absente verò parte facta nullas vires habet.

12 Unde quaesitum, An liberatoria confessio quid operetur, parte absente? Resp. Non videri plenè probare, cum non sit nisi confessio extrajudicialis, cui non adest vis plenæ probationis etiam si per duos testes probetur; cum testes non faciant eam judicalem, aut habere majorem vim, sed tantum probentemissam. Præterea hujusmodi confessio continet speciem quamdam donationis, quæ non est firma, antequam acceptata fuerit, ut dicitur infra *tit. de donat.* ante enim liberum est promittenti recedere: ut etiam videatur liberum revocare ejusmodi confessionem Gabriel. d. loco *concl.* 1. num. 23. Tescant. *Decis.* 109. Si tamen confessio talis facta fuerit coram quinque testibus rogatis, fide dignis, effectum habebit & probabit sufficienter, l. *Testium* 18. *Cod. de testib. junct. No. vel. de testib.* 90. §. 2. Jure Canonico probatam duobus testibus vult præjudicare confidenti, Covarr. ad c. *quamvis* §. 2. §. 4. n. 1. quasi eo jure alteri per alterum acquiri possit; cuius contrarium est verius, ut traditum d. *De verb. oblig.* n. 69. Uti & verius, eo jure non dari actionem ex nudo pacto, ut dictum supra de pactis.

13 Quaesitum & illud, An geminata confessio

extrajudicialis probet plenè? Resp. Hoc plerisque velle; uti & actionem producere, ut videre est apud Gabriel. d. loco *concl.* 3. Marantam p. 6. de *confess.* n. 15. Præf. Everardi d. *conf.* 131. n. 1. vers. *quarto*, propterea quod ejusmodi geminatio faciat eam esse ad instar judicialis. Moventur arg. l. *si mulier* 12. *Cod. Ad S. C. Vellei.*, an. ubi mulier post biennium iterato cavens non utitur Vellejano. Facit & pro his textus in l. *Odiosus* *Cod. de plus petit.* atque ita tradit Jason. in l. *Sed si* 11. §. *si cum* n. 4. D. de *jurejur. alios citans*. Possit tamen contrarium videri alicui probabilius argumento eorum, quæ alibi dicta sunt de nudo pacto, illud scilicet geminatum non producere actionem, quòd geminatio non debeat esse loco plenæ probationis, & actione producere, cum nullibi hoc jure probetur, vel loca allegata in alio casu loquantur, scilicet quo quis confessioni suæ vult contravenire, aut exceptionem contra eam proponere, idque ibi certis requisitis. Ut soli geminationi dari nequeat, ut ne quis ex ea conveniatur, cum geminata confessio nihil plus virtutum contineat, quam prima & simplex confessio. Verum communis opinio videtur esse in contrarium, ut & possit videri in praxi sequenda. Gabriel. d. *concl.* 3. Jos. Ludovicus, *decis.* 9. n. 4.

An verò defuncti confessio quid operetur, & quibus ea profitur aut obstitit, repetere licebit ex dictis ad D. *ead. tit. n. 8. & seqq.*

TITULUS XIX.

De Probationibus.

SUMMARIUM.

1. Probatio quid?
2. Alia est Artificialis, alia Inartificialis.
3. Alia plena, alia semiplena.
4. An alia juris, alia facti?
5. Probandi onus cui incumbat.
6. Probatio faciendâ post litam contestatam.
7. Negans probatione non oneratur.
8. Ordo in probando quis servandus.
9. Probationem quisque secum adferre debet, non desumere ab adversario.
10. Probationis effectus.
11. Probatio semiplena quam fidem præstat.

R 2

Si

- 1 **S**i non confiteatur reus, probatione est opus cum inanis sit actio, nisi indubitata probationis fide liqueat vera esse, quae adducitur. Alias jus quidem non deficeret, sed probatio, *l. duo 30. D. de testam. 1. tit. ** Agitur autem primò de probatione in genere, quae est rei dubia, vel non aperta, per argumenta facta fides.
- 2 Aliam ponunt Artificialem, ex ipsa causa adsumptam, unde & Insitam vocant, cujus ordinis est praesumptio ex facti circumstantiis producta: aliam Inartificialem, quae extrinsecus & extra causam adsumitur, unde Adsumpta & Extranea dicitur, cujus ordinis sunt testes, tabulae, instrumenta. *l. Aliam item Plenam*, per quam tanta fides fit jud. ei, ut plenè instructus sententiam ferre possit, *l. scriptum 11. C. h. t.* Ejus ordinis praecipue sunt testes, instrumenta publica, legitima indicia, sive praesumptiones. *l. fin. C. h. t.* aliam Semiplenam, quae plenam fidem non facit, & opinionem potius quam fidem gignit, aut causam certam ponit: est tamen adminiculum quoddam probationis, cujus ordinis est testis unus, vel plures singulares, instrumentum privatum, fama. ** Faciunt & probationem aliam juris, aliam facti: minus rectè, cum ea, quae juris sunt, per se nota & certa, ut probatioe non egeant, facta autem sint incerta, ideoque probanda, l. si ve 16. C. h. t.*
- 3 Facienda probatio ab eo, qui allegat, sive is actor sit, sive reus, *l. 1. C. h. t.* Actorem regulariter tenet onus probandi, non etiam reum, nisi excipiendo actoris vices subeat, aut aliàs onus probandi in eum rejiciatur, ut in casu, *l. 3. C. l. cum de indebito D. eod.* In communibus judiciis uterque probat, & si pariter probeat, absolvitur reus, nisi actoris partem foveat causa favorabilis, *c. 3. h. t.* Superat, qui probat antiquiorem possessionem, *c. 9. h. t.* uti communiter is, pro quo litat firmior probatio, *c. 4. h. t.* ** Negant probatione non oneratur, l. Affor 23. h. t.* cum negationis, ut non entis, nullae sint differentiae, nulla propria, secundum quae probatio desumitur. Nisi talis sit, quae affirmationem includat, ut in casu *c. super sup. de renuntiat. C. l. 8. D. eod.* aut negativa juris, ut in casu *l. 5. D. eod.* Indirectè quoque negativa probatur, loco, tempore limitata, *l. optimam veris, nisi is Cqd. de contrah. & commis. stipulat.*

Vid. Olasc. Decis. 174. n. 5. Menoch. lib. 2. Praesumpt. 50. n. 8. Gabriel. Commun. concl. lib. 2. tit. de probat. concl. 6.

Facienda probatio post litem contestatam, ante enim nihil est, super quo adhibeatur, nisi valetudo, aut longa absentia testium instanti illud exigat qua de re *sup. tit. 6.*

Servandus autem ordo in probando. Primò enim intentionem suam probat actor, tum reus in sua exceptione auditur. *l. exceptione 19. C. h. t.* Deficiere actore in sua probatione, reus absolvitur, saltem ab instantia, etiamsi nihil praestiterit, *l. 4. C. de edendo.* Qui si frater suo jure vetus non audit actor, exceptionem suam probare, non prohibetur, cum juri suo quisque recuset. In quo si deficiat, non ideo condemnabitur, quia per hoc non firmatur actoris intentio, quae nihilominus illi probanda est. Allegans tamen solutionem, si eam non probet, non potest non videri firmasse intentionem actoris, si non probet solutionem à se factam, quia eam allegans videtur se agnovisse debitorem. Cajac. *ambrosi. Cod. eod. in princ.*

Adfert autem quisque probationem secum, ne utiquam eam desumit à domo adversarii, cum contra se nemo cogatur adferre documenta, *c. 1. h. t. C. l. Nimis 7. C. de testib.* Debet enim actor venire instructus ad iudicium, nisi si sint communia, aut publica, aut delicta ab alijs quibus ex officio. Sic apud Romanos argentarii, nummularii, mensales, coguntur edere rationes, *l. quadam §. 2. l. Argentarii 10. in princ. D. de edendo.* Excipitur & filius, cui civiliter agenti reus exhibere suas rationes cogitur, ut ex iis firmet suam intentionem, *l. 2. §. divus cum seqq. D. de jure fisci.* Usurarius quoque, si de usuris restitucenda agatur, rationes suas edere jubetur. *Clem. 1. §. 1. de usuris* Denique instrumentum, quo reus usus pro se, necessariò actori edit, ut eas inquiratur veritas. Quo modo actor omnino tenetur reo convento edere instrumenta ad fundandam suam defensionem, & actoris excludendam intentionem, *l. 5. C. fin. Cod. de edendo.*

Effectus probationis est quod plena, certa, liquida (maximè in capitalibus, in quibus requiruntur probationes luce meridiana clariiores, *l. fin. C. h. t.*) non impertinens, libello respon-

respondens saltem qualitate, faciat secundum se facti sententiam, l. scriptum 17. cum seq. C. h. t. Ut purgatio non sit admittenda, c. Ad nostram 12. h. t. cui cum demum locus quando suspectus est reus criminis, quod non probatum, c. 1. sup. De confess. Quando sit plena censenda, & quantum adhibendum fidei testibus, arbitrio iudicis relinquendum; facti enim ea res est.

11. Semiplenæ probationis non est magnus effectus, unde & probationis simpliciter prolata nomine non venit. Præstat tamen aliqualem fidem, cum faciat defetti iuramentum necessarium. Sufficit interdum ad torturam, uti dictum D. de questionib. Onus probationis interdum in adversarium retorquet. Facit & ei, contra quem militat, iuramentum purgationis injungi, d. c. r.

Mandat autem Pont. c. Quoniam 11. h. t. ut iudex habeat Notarium, aut duos idoneos viros, qui acta judicialia describant, ut emergente difficultate de iis constare possit; habentur enim legitima ea documenta.

TITULUS XX.

De Testibus.

SUMMARIUM.

1. Testes qui & quales esse debeant.
2. Testis, qui fuerit de familia actoris, an repellendus?
3. Testes domestici qui habeantur.
4. Testis idoneus nemo in propria causa.
5. Coniungues in causa consanguinitatis audiuntur.
6. Testimonium dicere cogi potest, qui iuravit non dicere.
7. Minores & servi quatenus audiendi.
8. Mulier etiam in criminali causa auditur.
9. An & jure Canonico?
10. Socii criminis rejiciuntur à testimonio.
11. Infames, damnati iudicio publico.
12. Criminosi con. victi, aut confessi.
13. Inimici capitales.
14. Laicus contra Clericum an & quatenus admittendus.
15. Item excommunicati, Monachi, Sacerdotes.
16. Forma producendorum testimonium.

18. Citanda pars adversa.
19. Testes qualiter examinandi.
20. Debent esse jurati: & an iuramentum hoc remitti possit?
21. Ratio dictorum à testibus petenda.
22. Productio quarta qualiter admittenda.
23. Productio nova non admittenda post publicata testimonia, aut articulos directo contrarios.
24. Idem quo ad eosdem articulos, non etiam novum à veteri dependentem.
25. Articulus novus quis dicatur.
26. Casus directo contrarii qui.
27. Testes novi in causa appellationis an produci possint.
28. Remittitione facta qualiter productio ulterior concedatur.
29. Testes post publicationem quando reprobari possint.
30. Testes de novo quando producendi.
31. Testium publicatio.
32. Testium fides unde colligenda.
33. Testes regulariter quot probent.
34. Testis unus non probat.
35. Semiplenæ quando probet.
36. Apparitor in ratione officii sui cur credatur.
37. Testes plures singulares quo modo & quando probent.
38. Quid sit tales diversimodè deponant?
39. Testes dissidentes conciliandi.
40. Testi contraria deponenti aut varianti non creditur.
41. Testis dictum suum revocare an possit etiam ex intervallo?
42. Priori, an posteriori dicto sit habenda fides?
43. Testi corrupto non habenda fides?
44. Testis uno in iudicio productus an fidem faciat in alio?

Inter præcipuas probationis species sunt testes, qui sunt personæ ad fidem alienius rei adstruendam adhibitæ. Habiles sint & idonei oportet, ætate, moribus, conditione; extra suspicionem quod gratia ac potentatui sint posthabitu suam ædem; pretio non conducti, c. 1. h. t. l. 5. C. eod. Qua in re multum valet iudicis arbitrium. Hinc non recte evocantur domestici, aut de familia actoris, l. 2. C. h. t.

Quid si de familia actoris fuerit tempore actus, super quo adhibetur? R. Si tempore depo-

depositionis sit extra ejus familiam, non esse illum repellendum, l. 1. §. item *Mummo* 12. D. de *quæst. Barr. ad d. l. 1. §. si erroris*, *Caltr. ad l. 2. n. 2. h. t. Wamef. Conf. 109. n. 11* quia cessat affectus, qui præsumitur impedire existantem in familia, quod minus veritatem adiequat judex: nisi tamen cum fraude sit expulsus, ut testimonium perhiberet, quæ fraus colligetur etiam ex eo, quod postea recipiatur. Et contra si tempore dicendi testimonii sit de familia, qui tempore actus non fuerat, repellitur.

3 Domestici habentur, qui una habitant, ut uxores, liberi, famuli. Liberi etiam non cohabitantes de familia habentur: imò & extra potestatem positos repellit affectus, quod minus pro parente audiantur, c. *super eo* 22. h. t. qui & fratrem pro fratre rejicit, V. *Menoch Arbit. 2. casu* 104. Facit enim ille supprimi veritatem. Ex qua ratione & Advocatus in causa, quam defendit, non est idoneus testis, *arg. l. fin. C. h. t. c. 3. eod. in 6.* unde in locum delegati judicis, si necessario in testimonium sit adhibendus, alius subrogatur, c. *dilecto* 40. h. t. * Hinc & in propria causa nemo idoneus, *l. omnibus* 10. C. h. t. l. nullus 10. D. eod. Excipe causam denuntiationis, in qua denuncians pro teste auditur, c. 4. h. t. Excipe & legatarios, & fidei commissarios, de quibus *Instit. de testam. ordin.* In causa quoque universitatis aut Ecclesiæ auditur is, qui est de Ecclesiâ, aut universitate, cum aliud sit universitatis, aliud singuli de universitate, & res universitatis non sint res singulorum, §. *universitatis* *Instit. de ver. d. vis.* Ut nemo illorum, qui de collegio vel universitate sunt, possit dici in propria causa testificari, nisi causam ipsam procureat, aut singulos negotium concernat, c. *Insuper* 6. c. *cum nuntius* 12. h. t. * In causa consanguinitatis consanguinei audiuntur, quod eam præsumantur magis scire: c. 5. h. t. Imò & ipsius matris attestantis de consanguinitate dicto statur ante contractum matrimonium, non tamen contractum dissolvit ex ejus solius dicto, sed plurimum testimonium audiendum, d. c. 22. neque enim tam facile dissolvitur, atque impeditur matrimonium.

6 Qui juravit non dicere testimonium, non ideo repellendus, sed cogendus illud dicere, c. *intimavit* 18. h. t. cum hujusmodi juramen-

tum non teneat, ne occultetur veritas, c. *confitetur* 45. h. t.

Ætas facit rejici impuberes, propter judicii defectum. Minores adijunguntur in causa civili, non etiam in criminali, nisi sint majores XX. annis, l. *in testimonium* 20. D. h. t. Servum rejicit conditio, qui tamen liber factus super his, quæ vidit in servitute, rectè deponit, cum scilicet habuerit, l. *Notionem* 99. §. 2. D. de V. S. nisi lex tempore actus requirat habilitatem, uti in testamentis. * Mulier ne quidem in causa criminali rejicitur de jure civili, ut patet *ex l. 1. §. lege Julia* D. h. t. ubi tantum ea rejicitur de jure civili, quæ corpore quæstum fecit, ut exclusio singularis casus faciat in aliis eam admitti, *can. ex eo* XV. q. 3.

Q. An jure Canonico rejiciatur in criminalibus? Resp. Id plerofque velle; per c. *Ferns* *in fins de verb. sig. c. per text. in can. mulierem* XXXIII. q. 5. nisi de crimine agatur civiliter, Abbas in c. 3. n. 2. h. t. *Glof. 1. ibid.* & *Hollstet. in Summa eod. tit. n. 2.* aut sit crimen exceptum, ex ratione, quod varia sit & mutabilis, Quæ ratio non aliud convincit, quam non facile esse habendam fidem dicto mulieris, non etiam omninò repellendam esse, cum id non exprimitur in jure Canonico, & diversum non statuatur a jure civili. Nisi fortè sit meretrix, quæ dicitur etiam audienda in crimine simoniæ, c. *Tanta* 7. *inf. de simonia*, quasi alias non sit audienda, propter civilitatem: quæ cum non obtineat in mulieribus honestis, non recedat traxeris ad eas istam decisionem. Communis tamen opinio habet, eam rejici à criminalibus criminaliter intentatis, ex ratione, quod in his desideretur probatio omni exceptione major.

Rejiciuntur & criminis socii, c. *veniens* 10. c. *e. Personas* 20. h. t. c. *dictum* *sup. tit. 18.* propterea quod qui sibi non pepercit, multò minus aliis sit pareiturus. Excepto crimine læsæ majestatis, *cap. 1. sup. de confess.* Ubi & rectè addideris crimen sortilegii. Excipitur & crimen simoniæ, c. 1. eod. in 6. si agatur civiliter.

Rejiciuntur præterea infames, quibus actus illegitimi sunt interdicti, c. *licet* 47. h. t. Sic rejiciuntur hæretici, apostatæ, Judæi, pagani, si testentur contra orthodoxos, *can. pagani cum* 149.

11 *seqq. 1. q. 7. quod non ferantur bono zelo ; quamvis e contra Christiani adversus Judæos audiantur, c. Judæi 12. h. t. cum nihil indecentiæ ea res habeat. Neophitus, qui recens ad fidem est conversus, non videtur rejiciendus testis in Christianos, ut rectè tradit contra Felinum Covart. ad Clem. Si furiosus p. 2. §. 2. num. 8.*

12 Facit & crimen aliquos removeri à testimonio, quod periculo non vacet, tales admittere, *can. Neganda 111. q. 11. modò convicti sint, aut confessi, & non emendati, c. Super eo 13. c. Testimonium 54. h. t. Non emendati, testimonium non reprobat, etiam in causa criminali, si civiliter agatur, non si criminaliter, d. c. 54. nisi tamen eum comiteretur infamia, aut reatum perjurii incurrerit, quem non aufert poenitentia, d. c. 54. ubi Gl.*

13 Quod dictum de infami, accipiendum de damnato judicio publico, secundum leges civiles, *d. l. 3. §. lege Julia. non etiam privato, Duar. 2. disput. c. 23. Possunt tamen & ex alia causa infames à judice rejici: cujus est etiam integra fidei hominis testimonium pendere, l. Quasi sum 13. D. eod. Jure canonico infames simpliciter removeri videntur, cum eo requiratur, testes sint fide digni, & omni exceptione majores, c. licet 47. h. t. quales non sunt infames, etiam ex judicio privato.*

14 Inimicitie capitales quin faciant reprobari posse testem, non est dubium, cum non presumatur quid ex fide dicturus; si tamen probentur, *l. Si quis 17. C. h. t.*

15 Laicus in criminalibus contra Clericum ideo non admittitur, quod non tam caritate, quam pravitate moveri putetur; nisi forte suam suorumque injuriam persequatur, *can. 1. 2. 3. II. q. 7. & tunc ut accuset, non etiam testetur, c. De catero 14. h. t. In causis civilibus laici non reprobandur contra Clericos: imò & foeminae admittuntur in causa impediementi, quo arguitur teneri electus, c. tam liberis 33. h. t.*

16 Eccomunicati quin removeantur extra dubium est, quod non habent licentiam cum alijs communicandi. Monachi & Sacerdotes, et si pro negotijs secularibus aut institutis conficiendis non sint rogandi, si tamen interfuerint, fidem faciunt, *can. fin. XIV. q. 2.*

Ad formam productionis testium requiritur eorum citatio: qui si non compareant cogi possunt, *inf. tit. seqq. Producendi regulatiter post litem contestatam, excepto casu, de quo inf. tit. 6. Coram judice, nisi aliud exigat personæ qualitas, aut sexus verecundia, absentia aliudve impedimentum: tunc enim aut mittenda persona discreta, quæ testimonium excipiat, c. 8. h. t. aut, si distent, judici loci examen committendum. Moris est committere Notario causæ, quod permittitur Clem. 1. de offic. deleg. * Ubi necessario citanda pars adversa, si forte quid habeat, quod testibus objiciat, eosque reprobet, c. 2. h. t. Ubi rursus alteri parti licitum est, per testes novos refutare eos, qui alios refutarunt. Ultra refutatio non est permissa: & hoc est, quod dicitur, probatorios & reprobatorios probatoriorum probare licete, non etiam reprobatoriorum c. Licet 49. h. t. c. 2. eod. in 6. ac res in infinitum abeat.*

Testibus si nihil à parte objectum fuerit, aut contumaciter pars non comparuerit, judex ad examen procedet. Examinabit autem singulos secreto clam partibus, Notario dicta eorum adnotante; o prius ab ijs juramento de dicenda veritate omni favore, odio & commodo seposito, c. 5. h. t. neque enim injurato testi creditur, etiam Religioso, c. Tuus 39. c. Nuper 51. h. t.

Q. An juramentum hoc sit de substantia? 20
R. Ita velle Abbatem ad d. c. 39. h. t. verius tamen non esse, cum possit remitti; non tamen nisi utriusque partis consensu, quod utriusque subsit interesse. Judicis consensu opus non videtur, cum causa sit privata, tantum concernens partium commodum, quæ possunt jus suum remittere: quo modo & textus isti nullam faciunt mentionem judicis. Non rectè objicitur, quod juramentum calumniæ nequeat à partibus remitti, ut dictum sup. tit. 7. nam ejus remissio invitaret proximè ad delinquendum, non etiam hujus juramenti. Præterea illud concernit magis favorem publicum, ut judicia sincerè procedant, & lites non protrahantur caluminiosè, hoc vero potius favorem partium, ut facilius remitti possit. Abbas d. c. 59. n. 6. Filin. ibid.

Examen fit super articulis, id est capitulis ipsius negotij controversi ab actore prolati.

S Adde

- Addere poterit reus interrogatoria, ut facilius appareat subornatio, si qua sublit *c. 2. eod. in 6.*
- 21 * In depositione testium illud vel maximè curandum, ut ratio dictorum peratur, quia aliàs dicta fides non facient, *l. Sola C. h. r.* quatenus tamen agitur de re perceptibili intellectu, *Gl. in d. l. Sola*: secus si agatur de re perceptibili sensu exteriori, ut visu, auditu, & quidem proprio, non alieno.
- 22 Examinatis ab actore productis testibus: reus suos producit, post iterum actor: quarta productio non est admittenda, nisi cum solemnitate legali, *c. in causis 15. c. Significaverunt 30. h. r.* scilicet ut postulus præstet juramentum, quod neque per se, neque per alium testificata, subtaxent, vel didicerit, nec per dolum aut artem aliquam quartam productionem exposcat; sed quia, quos producere desiderat prius habere nequiverit, *c. pen. h. r. c. Nov. De testib. 90 §. quia verò.*
- 23 Non est etiam productio admittenda post publicationem testificatorum, quod facile sit subornatis testibus dicta invertere, *c. cum venisset 25. c. 26. h. r.* Quod & verum est, quando aliquis testificata adversæ partis didicit, ex eadē ratione. * Et hoc quoad eosdem articulos, aut directis contrarios, *c. fraternitatis 17. h. r.* nam quoad novum articulum, qui rari ex veteri dependeat, rectè audiuntur testes, cum nunquam super eo fiat auditus aut productus, ut esset subornationis metus. Dico, ex veteri dependeat, nam aliàs frustra super eo producerentur testes, & causæ promotionem, *c. cum Joannes 10. inf. tit. 22. De fide in fr. eum ad causam non pertineat.*
- 24 Quæritur, Quis hac in parte dicendus novus articulus à veteri dependens? R. Eum esse, qui facti quidem necessitate sub priori concluditur, non tamen necessitate probationis, hoc est, qui ad factū quidem pertinet, probatio tamen nulla super eo producta. Exemplum est in *d. c. 10. inf. tit. 22.* ubi victus damnatus ad rei venditæ restitutionem auditur postea probare volens talem fuisse venditionem conditionalem, quia super conditione nullus erat auditus testis, sed tantum super venditione, Felio. *ad d. c. Fraternitatis 17. n. 11. c. ibi Joan. Andreas.*
- 25 Alia quaestio est, Qui sint dicendi casus directè contrarij: R. Eos, qui directè oppugnant id, super quo testes auditi V. M. Testes sunt auditi super contractu inito, quem admodum verarunt initum esse certo loco: non producerentur postea testes novi, qui deponant loci reum non fuisse, publicatis nimirum testimonij. Super exceptione tamen audiri possunt; veluti si actor probavit se dominum, audietur reus producens testes super præscriptione completa, *l. Emptor C. De præscript. longi temp. l. Si quidem C. De except. l. Exceptionum C. De probat.* Est enim articulus iste novus, ut non sit deneganda productio, etiam post dicta testificata. Et hoc ita in prima instantia.
- Quæritur autem, An in causis appellationis superisdem articulis possit produci novus testis? R. Hanc rem controverti inter interpretes iuris Canonici & civiles: & hos quidem id admittentes ex eo; quod *d. Nov. de testib. 90 §. quia verò* tum loquatur de prima instantia, non verò de causa appellationis, illos verò negare, quod non minor sit metus subornationis in causa appellationis, post publicata testimonia in secunda instantia, quam in prima, ut posita eadem ratione prohibitionis, etiam hic locum habere debet prohibitio. Et horum opinio etiam post dictum textu aperto in *Clem. 2. h. r.* ubi ut propter metum subornationis in prima instantia non producuntur testes post publicata testimonia superisdem aut directè contrarijs articulis, ita nec in secunda ex eodem metu. Nec dicendum cum Felio, *d. c. 17. n. 3.* quando altero iure quid dubium est, tunc sequendum esse aliud, quo res decisa; nam hic neutro iure res dubia: non Canonico, quia clarè decisa *d. Clem. 2. non civilis*, quia decisa quoad primam instantiam: ut succedat argumentum, *l. non possunt D. de legib. eadem ratione*, quæ anima est legis, militante.
- Nec est, quod aliqui I. C. nixi *l. Per hanc C. De temporib. appellat.* aliud velint, quod per eam datur licentia utendi novis adsertoribus rectè enim ea: capitur de capitulis non demum probatis, secundum *l. 6. §. 2. Cod. de appellat.* sive non tam probandi per testes, quam alio modo non obnoxio subornationi. Nihil etiam facit, quod causa appellationis sit alia à prima instantia: nam hoc verum, si instanti: in iudicium est deductum, cum attestaciones in uno iudicio faciant fidem in alio, *s. Causam 11. h. r.* ut

h. r. ut inferius dicitur. Videatur hac de re plenius Covarr. Pract. quest. c. 18. n. 6. Glos. in d. Clem. 2. c. 17. ubi Abbas & Felin.

28 Itaque post publicata vel cognita dicta testium, non conceditur ulterius productio, ex causa jam dicta, super illis articulis Facit & renuntiatio; quo minus productio concedatur: nisi sit quoad certos articulos, nam tunc non impedit, quo minus super aliis fiat productio, c. Causam 19. h. r.

29 Sunt autem causae, quae post publicationem depositionum admittunt objectionem in personas testium, si postea demum sit cognitum, quod objicere quis vult, aut ante sit protestatus de his reprobandis, praemisso juramento, quod non agat id ipsum ex malitia, c. Praesentium 31. h. r.

30 Attestationes receptae in iudicio summario, licet publicatae, non impediunt, quo minus in iudicio ordinario idem, vel alii de novo examinentur, c. veniens 38. h. r. Coram arbitro quoque deposita non faciunt fidem in ordinario, sed de novo sunt testes producendi, non obstante publicatione attestationum, nisi vel ipse, contra quem sunt producti, iis stare velit, aut testes sint mortui. c. Praesentias 50. h. r. Sunt & de novo examinandi testes, si antea super quibusdam capitulis male aut minus exacte examinati dicantur, c. Per tuas 48. h. r. Guido Papae decis. 72. n. 3. Et ibid. Ant. Rambaudus in addit. Causa matrimonialis post publicationem alios produci testes postulat, quia non transit in rem iudicatam, & ne peccatum foveatur, Abbas in c. Lator 7. inf. de jenn. Et rejudic. Et in c. 6. sup. de probat.

31 Ubi ulteriori productioni omnis via est clausa, post examinata testium dicta. Iudex ea publicat; imo petentibus partibus publicat debet reculare enim esset praeripere reo defensionis facultatem, Felin. in c. Cum 1. c. A. 22. n. 2. inf.

32 De jenn. Et rejud. Quibus quantum tribuat ex statu, dignitate, aliisq; testium circumstantiis perpendere, Licet 23. h. r. l. 3. §. 2. l. Quasitum 13. D. eod. Nam vilitas testis fidem ejus minuere solet: uti & diminuit, si dubitanter loquatur, veluti per verbum, Credo, Videtur; illi alia adiant, quae firment depositionem.

33 Ad minimum duorum testimonium desideratur, quod & regulariter sufficit, l. ubi 12. D. eod.

Interdum tamen & plurius exigitur, ut in testamentis, & in casu l. Testium 18. C. h. r. Et l. Antiqua C. Ad S. C. Valerian, & aliis variis casibus.

Unus nequam audiendus, & minimè 34 probat, etiam si praesidali praesulgeat auctoritate, l. 9. in fine C. h. r. aut iudex sit, c. cum à nobis 28. h. r. etiam si super actu proprio deponat, nullum inde coalecurus commodum. Covarr. Pract. quest. c. 33. n. 3. Facilis enim est lapsus unius. Adeo ut ne quidem Princeps generaliter stare possit, ut unius testimonio stetur, quia repugnat praeccepto divino, c. Licet 23. h. r. cui non praevalet lex humana, can. sunt 35 quidam XXV. q. 1. * Facit tamen unius dictum semiplenam probationem, si sit omni exceptione major, & extra omnem suspicionem, non etiam aliàs, ut rectè tenet Jason, in l. Admonendi n. 166. D. de iurejur. & eo tantum casu deferendum juramentum necessarium in supplementum, ut dicitur infra Tit. 25.

Apparitori tamen adferenti citationem à se peractum creditur: facit enim electa personae fides cuilibet de officii sui actu legitime exhibito adferenti fidem haberi, Gail, 1. Obser. c. 54. n. 4.

Plures testes singulares majorem vim non habent, quam unus, c. Licet 9. sup. De probat. 37 quales sunt, qui in actibus singularibus sunt singulares, & non concordant. Et hoc, quando super uno actu specifico non iterabili diversimodè testantur, veluti si unus dicat, per Maximium occisum esse Titium in foro. alter verò in extrema civitate, plene de homicidio probatum dici nequit, quia testes non concordant, cum duobus locis non potuerit contingere caedes, Et hoc extra controversiam est.

Dubitatur, quid dicendum, si diversimodè deponant de actu iterabili sive generico? Resp. Non paucis videti, non rejici tales depositiones, propterea quod, licet sint singulares, ad eundem tamen finem tendant, & ex multis singularibus actibus totum probetur. Covarr. alios citans 3. Variar. cap. 3. num. 8. Menoch. De arbitrar. 2. casu 235. num. 23. Sic usurarium volunt probari per plures singulares attestaciones de receptis usuris. & hoc, ut in genere quis censetur usurarius, non etiam ut singuli actus censentur probati. Dubitari tamè de ista sententia posset, cum actus specificus tantum uno

uno teste singulari probetur, arque ita non sufficienti, qui cum altero similiter specifico, uno tantum teste probato, non ponit plenam probationem, ut videtur est apud Guriere 2, 3. *Pract. qu. 12.* Priorem tamen partem, ut communem, plures tenent, Pacianus *De probat. lib. 1. c. 14.* Cravetta *De antiq. temp. lib. 4. c. 4. nu. 1.* Gabriel, *Com. Conclus. lib. 1. De testib. concl. 2. n. 20.* Gail, 2. *Obfer. c. 66. n. 12.* Wamel, *conf. de iure Pont. 150. n. 9.* & alii,

39 Si dissident testes, sive ab una parte, sive à diversis hinc inde, iudicis est eos, si possibile est, conciliare, *c. cum tu 16. ubi Gl. h. s.* Si utrimque testes contraria deponentes fuerint pares numero, videtur standum esse dignioribus, & verosimilia deponentibus, magis affirmativè & præcisè, ac majori certitudine. Si in his sit paritas, præferendi testes rei, quòd promptiora sint jura ad absolvendum, quàm condemnandum, *c. ex literis 3. sup. tit. prox.* Nisi favorabilis causa militet ex parte actoris, uti est liberabilis, matrimonialis, & eam concernens, uti dotis, donationis propter nuptias, testamenti *c. fin. inf. tit. 27. De sent. ex re jud. Gl. in d. c. 3.*

40 Contraria deponenti non statuitur: uti nec varianti, quatenus variatio respicit substantiam rei, super qua testis producit. Circa accessoria toleratur, nec ita per omnia fidem derogat.

41 Baldus in *l. eos 27. D. Ad L. Corn. de falsis.* In continenti revocans dictum suum præsumitur errasse. Quod & dicendum videtur, si ex intervallo dictum corrigere velit, errorem allegans & ostendens, eritque extra falsi pœnam, ultimumque dictum habebitur validum & legitimum, *c. 7. tit. seq.* neque enim falsi pœna tenet innocentem, qualè isto casu ponit error, *Gl. in c. fin. de iur. rejur. in 6.* Ex intervallo, citra erroris probationem contraria respondentem receptum peccare, & falsi reum esse, falsique pœna teneri. Bart. in *d. l. eos D. ad L. Corn. de falsis.*

42 Dubium tamen est, An priori dicto, an posteriori sit habenda fides? R. Possè videri neutri fidem esse habendam, propter testis vacillationem, quæ facit eum non respondisse verosimilia. Eò facit, *c. 7. inf. De testib. cogendis,* ubi non reprobantur testimonia in continenti correctæ. Dicendum tamen, si utrumque sit iudiciale juramento firmatum, prius prævalere illique stari. Pro qua parte facit textus in *c. sicut 9. h. s.* uti testis, adserenti se corruptum esse posse falsum, non statuitur, nisi aliunde probetur ejus adfertio. Facit & ratio, quia non debet esse in manu testis, per falsi machinationem, parti, pro qua deposuit, præjudicare, tum posterior falsitas non debeat derogare fidei testi in priori testimonio, & jus alteri quantum auferre, Covarr. 2. *Variar. resol. c. 13. nu. 1.* Clarus. *§. fin. qu. 53. n. 13.* Deinde subsequens qualitas testis futuris quidem nocet, non etiam præteritis. Et hoc ita in paritate qualitatis depositionem. Nihil obstat *d. c. 7.* qui vult ultimum testimonium non esse validum, tamquam perjuri. Quod si alterum iudiciale fuerit, alterum extrajudiciale, illud videtur prævalere tamquam magis qualificatum & deliberatum. Gail. 1. *Obfer. c. 109. n. 7.* Cappel. *Tholos. Decis. 81.* Vide Fachin. *lib. 9. c. 84. & 85.*

Testi corrupto neutiquam habenda fides, modo, probata corruptione, sententia est revocanda, *d. c. sicut 9. h. s.* tamquam lata ex falso testimonio, puniendusque testis tamquam perjurus, etiam ab ipso iudice, coram quo productus, cujus forum sortitur, ratione de hęc. Ratio est, quod iudicii auctoritas in tuto sit collectanda, quàm maximè debilitaret impunitas perjurii in ipsis subcellis commissi. Ad eò ut testis exceptio quævis, & fori privilegium, *l. nullus 14. Cod. h. s.* ubi adfert Glossa, etiam Clerici posse puniri à laico, coram quo perjurium commiserunt. Cautè tamen, admissa ejus opinionem, agendum, si pœna veniat corporalis, si fligenda, quam laicus Ecclesiastico iudicio relinquet: cui & videtur exactio pœnæ pecuniariæ relinquenda, propter textum in *c. si delibenti sup. De foro comper.* Vide circa ea de materia latè Covar. *Pract. qu. c. 18. n. 8.*

Cœterum testimonium testis uno in iudicio etiam in alio fidem faciet, in eadem causa & inter easdem personas, *c. causam 11. h. s.* Idem non tribuitur testimonio recepto in iudicio summario, ut fidem faciat in plenario, *c. cœnians 38. h. s.* uti nec recepto coram arbitro, si iterum est examinandus testis, si pars velit, nisi mortuus sit, quia cum examinari nequeat, præsumitur pro ejus dicto, *l. fin. Cod. h. s.*

TITULUS

TITULUS XXI.

De Testibus cogendis.

SUMMARIUM.

1. Testes sunt citandi, & cogi possunt dicere testimonium.
2. Etiam in causa criminali.
3. Non obstante juramento ipsius testis, quod contra reum non deponet.
4. Non cogendi parentes & liberi adversus se invicem.
5. Non etiam socer, gener, vitricus, privignus, &c.
6. An neque frater pro vel contra fratrem?
7. Adfines an cogi possint.
8. Uxor an cogi possit deponere contra sororum sui mariti?
9. Cogi non possunt valetudinarii, senes &c.
10. Non Clerici in causis criminalibus.
11. Non Sacerdotes super auditis in confessione.

AD formam productionis testium requiritur eorum citatio: qui si non compareant, aut se subtrahant, odio, gratia, timore, compelli de rigore juris possunt ferre testimonium, *c. 1. & 6. h. t.* vel multae indictione, vel pignoris ablatione, vel per censuram Ecclesiasticam, suspensionem, depositionem, excommunicationem, *c. 2. & 5. h. t.* Hostien. in *Summa nu. 5.* Est enim testimonii dictio juris publici, ad cujus executionem cogi cogi potest, cum publice interfit sciri & non occultari veritatem. Sunt tamen primò monendi, *c. 3. h. t.*

2. Queritur, An & cogi possint in causa criminali? R. In pecuniariis testes cogi posse, *l. si quando penult. in prin. C. h. t.* ex ratione, quod reprehensione non careat in iis celare veritatem, *can. Quisquis xi. q. 3.* E contra extra reprehensionem esse videtur, non patefacere crimen alterius, & laudabile, subvenire existenti in periculo. *Glos. in a. pen. h. t. per text. ib.* Verius tamen & in causa criminali aliquem cogi posse ad dicendum testimonium, etiam si agatur de sanguine, cum Reip. interfit crimina sciri ne maneant impunita. * Ubi nihil obstabit juramentum, quo quis se obstrinxit reo, quod con-

tra eum non deponet: est enim tale juramentum injustum, quia tendit tam in detrimentum publicum, quam privatum partis, cui instrumenta subtrahuntur, *c. 4. & 5. h. t.* Facit, quod veritatem occultans metu potestatis, peccet graviter, cum magis timeat hominem, quam Deum, *d. can. Quisquis*: quod indistinctè dictum obtinebit quoque in criminalibus.

Nihil obstat *d. c. pen. quo movetur Glos. ibi.* ubi dicuntur cogendi testes præterquam in criminalibus: nam in eo agitur de lite inchoata per procuratorem, per quem non tractatur causa criminalis, quæ per partes præsentis agitur, quatenus illæ non compareant, super crimine nihil sit movendum per procuratorem. *Cujac. ad d. c. penult.*

Excipiuntur parentes & liberi, qui non tantum inviti non coguntur invicem adversus se dicere testimonium, sed ne quidem volentes admittuntur, *l. Parentes 6. C. De testib.* adeo ut ne quidem filius contra patrem etiam volentem audiendus sit, cum lex non distinguat, sed simpliciter audiri nolit. Quod singulari ratione pietatis statutum in liberis, quorum lex mentionem facit, non etiam filiorum tantum, cum & reliquos descendentes pietas hæc teneat. Ex parte parentis est caritas erga liberos, quæ non permittit adversus eos audiri. Quo minus hi pro se testentur nihil impedit, nisi quod adfectus judicetur impediturus veritatem. Statutamen dicto parentum quoad possessionem status, ingenuitatis, ætatis, *l. Etiam D. De probat. l. 1. §. Iulianus D. De liber. agnos.* quod ea res iis maximè sit cognita. An verò pater possit esse testis inter duos filios, inter quos lis est, dictum ad *sit. D. De testib. nu. 10.*

Ex eadem ratione non cogitur dicere testimonium socer, gener, vitricus, privignus, sobrinus, sobrina, sobrinus natus, sobrina nata, & illi, qui propiore sunt gradu, libertus, liberta, patronus, patrona, vir & uxor, adversus se mutuo, *l. 4. D. De testib.*

Frater in causa civili pro & contra fratrem videtur admitti, cum fraternitas integritati testimonii non obstet, *Gl. fin. in d. l. Parentes*, nisi obstet domesticitas, aut intensa familiaritas. In causa criminali non tantum non cogitur, & non audiendus, sed & instituens capitale scilicet, ex illius poena plectendus dicitur, *l. si*

Si magnum 13. C. de his qui accus. non poss. Ex-
ciunt causam hæresicos, Abbas in c. Litteras
14. nu. 8. inf. tit. 23. De presump. per can. Legi
xxiii. q. 8. Quod & videtur posse dici in causa
fortilegii, in qua etiam patrem contra filium, &
& diverio, audiri voluit, quod anima sit corpo-
re pretiosior, si ad monitione privata corrigi ne-
queat, quod crimen hæresicos communiter
conjunctum habet. In causa Majestatis non re-
velans crimen filii non punitur, ne videatur fili-
um offerre ad supplicium, l. Miles §. desertorem
D. De re milit. Occidens tamen talem filium,
præmio addiciendus dicitur, l. Minime 35. D. De
religios. & sumptib. fun. si aliter averti ab insti-
tuto nequiverit.

7 *Q*uæ & adfines ultra eos, qui sunt in linea re-
 cta, sint ponendi inter eos, qui cogi non pos-
 sunt? R. Nō fieri mentionem in Jure nisi excep-
 tionis adfinitium in linea recta, l. 4. & §. D. De re-
 srib. propter pietatem, & majorem conjunctio-
 nem, quam ut contrario testimonio sit violan-
 da in criminalibus, aut san. ofis. Ut exceptio ista
 non sit extendenda, cum regula in non excep-
 tis maneat firma. Facit, quod si & in aliis adfi-
 nibus habuisset locum exceptio, non debuisset
 specialiter excipi sponsus filiarum in d. l. 5. Nihil fa-
 cit, quod in d. l. 1. fiat mentio sobriini & sobrina;
 quia ea nomina sunt consanguinitatis, non ad-
 finitatis, ut patet ex tit. D. De gra. ib. & ad-
 finib. Et ratio est, quod in adfinibus reliquis
 non sit tanta conjunctio. Nihil facit *can. Ab-*
sens 111. q. 9. nam ibi adfines accipiendi juxta
can. Si testes §. Lege Julia publice. jud. 14. q. 3 ubi
 tantum sit mentio adfinitium in linea recta, ne
 alias textus à textu discordet. Ita tenet Gabriel
 alios citans, tit. De resrib. concl. 15. Admittendo
 tamen generaliter, adfines cogi non posse, non
 alias hoc procedet, quàm si aliter haberi veri-
 tas possit, ne ex privilegio personarum quarum-
 dam contingat præjudicium fieri publico. Ab-
 bas in c. 1. nu. 14. h. t. Capel. Tolos. Decis. 413.
 nu. 3.

8 An ergo cogi poterit uxor viri contra foro-
 rium sui mariti deponere? R. Nihil videri im-
 plicare, quo minus sit cogenda, cum secun-
 dum dicta non computetur inter privilegia-
 tas personas, & ne quidem sit adfinitas, ut pa-
 tet ex c. Non debet inf. De consanguinit. Nec fa-
 cit, quod jure pristino talis conjunctio posue-

rit secundum adfinitatis genus; cum in locis ju-
 ris Canonici, præcipue d. *can. Absens*, veniat no-
 men adfinitatis intelligendum proprie, juxta d. §.
Lege Julia, non etiam improprie; & jure civili
 istud improprium genus non sit cognitum. Fa-
 cit ratio, quod tum adf. etus desierit, & nulla
 aut exigua sit conjunctio, ut ea nequeat dici
 violari.

Excipiuntur & valetudinarii, senes, milites,
 Reipubl. causa absentes, & alii, l. *Inviti* 18. &
 19. D. De testib. non simpliciter, sed ne ero-
 centur, propter impotentiam aut occupatio-
 nem. * Clerici in causis criminalibus non con-
 guntur, propter periculum irregularitatis, inf.
De homicidio. * Sacerdos super eo, quod in
 confessione sacramentali audivit, in testem
 non adducitur, quia non tamquam homo istud
 scit, sed ut Dei Vicarius: imò ne quidem latet
 Majestatis crimen sibi confessum revelat sine
 scelere personam indicando. Gail. 1. *Obser.*,
 100. nu. 2. & rogatus recte negat se scire, sub
 restrictione mentali [ut tibi dicam] quia ut
 homo & testis ignorat factum, super quo in-
 terrogatur, nec licet ei revelare, propter sig-
 illum confessionis, c. *Omnis utriusque sexus inf.*
De penit. & remiss. c. Si sacerdos, De Off. jud. ar-
din. & ibid. Abbas, Navar. ad c. can. Humana au-
res xxii. qu. 5. Vasallus etiam excipitur in causis
 domini, contra quem non deponit, c. 1. §.
item si delator, 2. *Feud. tit. 24. & c. Ex parte cum*
c. seq. sup. D. De postulan. Coactus tamen officii
nomine est extra pœnam arg. l. §. advocatum
 D. De his que ut indignis auf.

TITULUS XXII

De fide instrumentorum.

SUMMARIUM.

1. Instrumentum quid, & unde dictum.
2. Aliud est Publicum, aliud Privatum.
3. Solemnitates requisitæ ad instrumentum pu-
blicum.
4. Effectus hujusmodi instrumenti est fides ser-
vare.
5. Protocollo an sit habenda fides?
6. Et standum, licet contrarietur instrumentis.
7. Instrumentum factum à Notario putatur ad
probes?

8. Instrumentum privatum probat contra scribentem regulariter.
 9. Pro scribente quando probet.
 10. Libri mercatorum qualiter probent.
 11. Instrumentum negatum quo modo probandum.
 12. Ex duobus instrumentis eodem die confectis quodnam preferendum?
 13. Instrumentum cancellatum, rasum, &c.
 14. In parte falsum an totum rejiciatur?

Est & Instrumentis sua probandi vis non minor, quam testibus. *In exorcendis* 1. *C. hoc tit.* Etymologia nominis ex eo desumpta, quod causam instruant, generatior est, etiam aliis competens, *l. 1. D. h. t.* Hic sumitur pro ea instructione causæ, quæ sit per scripturam, ad alicujus rei probationem.

2 Instrumentum aliud Publicum, auctoritate publica factum; cuius ea auctoritas, ut secundum modum, quo juxta leges aut consuetudinem factum est, publicam meretur fidem tamquam id, quod rite & legitime factum, ut sunt tabulæ testamentorum, donationum, mandatorum, item acta judicialia. *Quoniam* 11. *sup. De probat.* & alia id genus scripturæ à tabellione legitime confectæ. Aliud Privatum, quod solo scribentium aut contrahentium auctoritate subsistit. Ejus ordinis sunt chirographa debitorum, epochæ creditorum, antepochæ, codices rationum, epistolæ, & similes scripturæ, *l. Plures C. h. t.* Fiunt instrumenta supra quavis materia.

3 Ad eorum quæ publica sunt, solemnitatem aliqui requirunt, præmittatur divini Numinis invocatio: qua tamen omiſſa non vitari instrumentum tradit Abbas *c. 1. nu. 3. h. t.* cum non detur textus id exprimeas, quod & tradit Covarr. *Pract. qq. c. 20. nu. 1.* Adjiciatur & annus regnantis Principis, indictio: quorum etiam adjunctionem necessariam non esse putat idem Covarr. *1. Variar. Resol. cap. 12. in fine.* Annus Domini, mensis, dies, locus contractus necessarii sunt adjiciendi. Sunt & necessarii testes, Covarr. *d. c. 20. nu. 1. & 3.* Ipsi instrumento inscribendi, regulariter duo, per quos, si dubium exoritur, possit consta-

re de veritate. Subscriptio tamen eorum non semper necessaria est. Notarii verò subscriptio est necessaria, eaque sufficit, etiam si ab alio instrumentum sit conscriptum, vel è protocollo translatum, modò rei gesta interfuerit. Covarr. *Pract. qq. c. 21. nu. 1.* Gail. 2. *Obſer. 41. nu. 3.*

Effectus instrumenti est, quod fidem faciat; & quidem plenam, si publicum fuerit: facit enim auctoritas publica de ejus præsumi veritate & solemnitate, *l. Optimam 24. C. De contrah. & commis. stipul.* Si tamen sit authenticum vel originale, ut vulgò vocant; nam exemplo (quod est scriptura ex authentico translumpta, copiam sive sumptum vulgò vocant) non est eadem vis, *l. 2. D. h. t.* nisi auctoritate judicis traductio sit facta, *c. fin. h. t.* Covarr. *d. c. 21. nu. 3.* ubi quæ ad hanc tranſumptionem necessaria sunt tradit.

Q. An protocollo sit habenda fides? **R.** Et fidem haberi; cum inde extractum instrumentum circa controversiam probet, *c. penult. hoc tit.* ubi etiam post mortem Notarii extractum ex ejus protocollo fidem facit: ut multo magis ipsum protocollum probet, cum propter quod unumquodque est tale, ipsum sit magis tale; quatenus tamen in eo contractus perfectè continetur, nam aliàs viribus carebit. Sumitur autem Protocollum, pro memoriali tabellionis scriptura domi adſervata, in qua gesti negotii annotatio obiter continetur. Viglius *ad §. nihil Inſtit. de testam. ordin.* Covarr. *Pract. qq. c. 19. nu. 20.*

Q. Quid si contrarietur protocollum instrumento? **R.** Videri potius standum esse protocollo, quòd, uti dictum, ex eo extrahatur instrumentum, vel litteræ in forma secundum illud expediantur: ut potius illi, tamquam priori & continenti primam contractus conceptionem, sit standum. Quò facit, quòd, quando de instrumenti fide dubitatur, ad protocollum recurri solet. Felix. *in c. Quoniam 11. nu. 10. sup. De probat.* Pet. Gregor. *Synag. 47. c. 42. nu. 9.*

Q. Quid si factum fuerit instrumentum à Notario putativo? **R.** Sititulum habeat [ut si creatus fuerit Notarius, licet aliàs inhabilis] sustineri ejus acta, propter potestatem accep-

acceptam, & errore communem, qui jus facit, arg. l. Barbarius D. De officio Prator. Secus, si titulum sui officii sibi collatum non habeat, quia non est, in quo fundetur error. Abbas in c. Sicut, nu. fin. inf. Ne Clerici vel monachi, Donec autem non probatur defectus tituli, pro eo presumendum Covar. d. c. 19. nu. 9. Vid. D. Wamef. De jure Pont. Conf. 123. nu. 4. & Conf. 130. nu. 3.

8 Privato instrumento non adest vis plena probandi. Contra scribentem quidem regulariter valet, si de scriptura constat, l. Publica 26. §. fin. D. Depositi; & causa debiti sit adjecta, c. Si cautio 14. h. t. quæ facit indebiti probationem incumbere scribenti; cum alias ab actore debitum esset probandum, nisi circumstantiæ pro eo faciant presumi contra scribentem, ut puta, conjunctio sanguinis, juncto modo & genere promissi, l. Virum 74. D. De donat. inter vir. & uxor. Quod si ad causam præcedentem referatur, certum est, quod effectum habeat, cum non possit dici causa deesse, l. Trivium 49. D. de V. O. Liberatorem confessionem sine causa valere voluit, ut quando quis profiteretur sibi solutum; idque favore liberationis, l. Tale pactum 40. D. De pactis. In ultima quoque voluntate confessio sine causa emissa valere videtur, cum inducat legatum, si verba admittant, l. Lucius 84. §. quisquis 10. D. De legatis 2.

9 Pro scribente nullam fidem facit, nisi trium testium signis sit roboratum, l. Scripturas C. Qui pot. in pignore hab. Si agatur cum impetito litterarum, quinque testes desiderantur, quando contractus libram auri excedit, Nov. de instrum. cautela 73. §. oportet. Alias privata scriptura non proderit scribenti, nec alteri oberit, etiam accuratissima, l. Rationes 6. C. De probat. Hinc testamento, licet sancte & religiose confici solito à morituris, quo scriptum, quid sibi debitum à quopiam, non stabitur, sine alia probatione, d. l. 6.

20 Libri mercatorum, quibus inscribunt sibi debita, etiam si privata tantum sint instrumenta, ut excedere non debeant privati instrumenti vim, atque ita nec facere fidem pro ipsis mercatoribus scribentibus; de consuetudine tamen & inter mercatores plene probant, accedente juramento scribentis, cujus fama est illata, & semotis iis, quæ possent no-

care fidem librorum. Unde non excluditur arbitrium Judicis, qui ex aliis advertat, quantum fidei iis libris habeat. Vid. Menoch. 2. Arbitrar. casu 91. 92. 93. Gail. 2. Obser. c. 20. & 41, ubi etiam post mortem scribentis id vult obtinere, quod non sit verisimile, mortuum reliquisse falsam scripturam; de quo tamen posset dubitari.

Quid si quis instrumentum à se conscriptum neget? R. Probari posse per collationem cum scriptura alterius instrumenti publici, imò & privati, saltem jure veteri: quod hodie non alias obtinet, quam si habeat tñm testium subscriptionem, quorum duo saltem recognoscant suam manum, aut subscripsisse convineantur. Comparationes 20 C. h. t. aut privata scriptura sine testium subscriptione proferatur ex archivis publicis; aut sit scriptura, qua adversarius utitur, cum videatur probare ejus fidem, quæ sitam firmam intentionem, Nov. De his qui ingrediuntur &c. 49. §. illud.

Quid si duo instrumenta eodem die facta confecta? R. Si de prioritate eorum non appareat, neutrum valere, propter incertitudinem, arg. l. Duo Testi D. de test. sur. Gl. in l. fin. Cod. De edicto D. Ard. tollen. Peck. ad l. In pari n. 1. de R. l. in 6. Nisi pro uno faciat favor causæ, veluti dotis, cujus continet hypothecam; alterum verò contineat hypothecam respectu mutui. Sic & dotis causa certior si cum filco concurrat in tali casu. Barbosa ad l. p. 2. nu. 1. D. Solutio matrim. per l. In nubiguis 85. de R. l. ubi Decius nu. 1. & 2. Quod si alterum instrumentum habeat horam appositam, nihil faciet alterius privilegium: nam horam certam habens melius probat eo, quod horam certam non habet; ut non attento privilegio sit præferendum, nisi adversarius contrarium probet, ut rectè tradit Menoch. 2. Arbitrar. casu. 48. nu. 25.

Hæc quoad instrumenti vim, & effectum: quem derogant cancellatio, inductio, ralis, innovatio, l. Si chirographum, 2. 4. D. De probat. nisi tali sit parte, qua non faciat instrumentum suspectum, c. 3. h. t.

Q. In parte falsum an totum rejiciatur? R. Torum reddi suspectum, arg. casu Pura 119. 3. ubi tota testimonii fides irrita partis mendacio declaratur. Quod omnino verum est, &

si sint connexa capitula, vel unum alterius sit accessorium, cum falsitas unius omnia adficiat, *can. Si ad scripturas Dist. 9.* Ut producenti quoad reliqua incumbat probatio, esse vera. Si fuerint separata capitula & diversa, dicunt alii non haberi suspecta, ne utile vitietur per inutile; de quo tamen dubitat *Glof. d. can. Si ad scripturas, & vult totam rejici. Vid. Menoch. De præsumpt. lib. 5. Præs. 21. & Fachin. lib. 9. cap. 79.*

15 Ab una parte contracta prolata, indistinctè rejiciuntur, si inter se conciliari nequeant, quod imputet ipse sibi producentis. *l. Scriptura 14. Cod. hoc tit.* Si hinc inde producantur contracta, publica prævalebunt privatis, quia potiora, *l. Cum etate 14. D. De probat. nisi & privata habeant subscriptionem trium testium probata: fidei. l. Scripturas Cod. Qui pot. in pign. hab.*

16 Q. An contra instrumenta admittantur testes? R. Admitti, ut & alias legitimas probationes, *e. Cum à nobis 28. sup. De testib. Distingendum autem esse inter testes inscriptos ipsi in instrumento, & extraneos. Nam primo casu omnes contradicentes instrumentum ipsum reprobam reddunt. Ratio est, quod instrumentum per testium fidem firmetur; ut, ista deficiente, deficiat & instrumentum. Aliqui si contradicant, & tot testes integri pro instrumento stent, ut, remota vel adjuncta Notarii persona, contradicentes vel superent, vel adæquent, videret potius standum esse in instrumento, quàm testibus, propter Notarii fidem: pro quo, si sit bonæ famæ, est præsumptio juris, propter publicum officium, quod bene & fideliter id exercuerit. *Specul. De instrument. edit. §. 8. num. 16.* Nisi tamen sit testis necessarius, qui scriptum in instrumento negat se deposuisse, ut in testamento, si unus ex septem contradicat testamento; tunc enim videtur illud vacillare, quod non constet sua solemnitate necessario requisita. Quod si testes dicant, se non esse memores eorum, quæ in instrumento sunt inscripta, non potest dici vacillare ejus fides; cum nihil contra illud dicatur. Secundo casu certum est, per unum extraneum, deponentem contra instrumentum, istud non everti, quod ejus fides validior sit, quàm ut per unum testem invalidetur. Per duos omni exceptione majores, contra instrumen-*

tum deponentes, illud invalidari, aliquorum est opinio. Quibus obstat, quod instrumentum duobus testibus firmetur; ut, stante paritate, potius pro illo sit præsumendum, atque ita necessario plures requirantur. Si tamen testes instrumento descripti sint defuncti, voluit quidam, testamento fidem derogari, cum tamen Notarius duobus æquivalet, *cap. Quoniam ut. sup. De probat. Ut, cum adhuc maneat paritas, pro instrumento videatur judicandum. Alii arbitrio judicis eam rem videntur relinquere, qui, quantum fidei habeat testibus, ex circumstantiis judicet. Vid. Covarr. 2. Var. Resol. cap. 13. Menoch. 2. Arbitrar. casu 105. Amisio instrumenti non obest creditori, si alias de debito constet. *l. 1. & 4. C. h. t.*, quia tantum est loco probationis quæ suppleri potest.*

TITULUS XXII

De Præsumptionibus.

SUMMARIUM.

1. Præsumptio quid sit
2. Alia est legis, alia hominis: & illa vel juris & de jure, vel juris tantum.
3. Præsumptio hominis, qua dicatur, & an detur.
4. Præsumptio est loco probationis.
5. An admittat probationem in contrarium?
6. Confessio adversæ partis an prævaleat præsumptioni?
7. An & notorium?
8. An & juramentum ejus, cui obstat præsumptio?
9. Præsumptio an impediatur appellatione?
10. An operetur in foro conscientia?
11. Ex præsumptione an sententia ferri possit?
12. Ex præsumptione in causa criminali qua pena inferri possit.

Præsumptio spectat ad probationis genus, quod ex facto, de quo agitur, vel ex circumstantiis antecedentibus vel insequentibus colligitur, ut pertineat ad speciem probationis artificialis. Est autem conjectura ex aliquo verisimili signo ad probandum ad-

sumpta.

sumpta, Distinguitur à Fictione, quæ licet naturam imitetur, s. *Minorem, Instit. De adopt. veritati tamen non consonat*, cum quod impossibile est, in specie lex fingat, ita postulante æquitate, ut videre est in jure postliminii, & lege Cornelia, quoad captum reversum aut mortuum.

2 Præsumptionem aliam faciunt legis, aliam hominis, Legis iterum, aliam juris & de jure, aliam juris tantum. Hæc est dispositio legis, ex aliquo signo sive judicio quid præsumendis. Exemplum est in *cap. Adferre 2. & passim hoc tit. & in l. Filium D. De his qui sunt sui vel al. jur. ubi præsumitur filius, qui ex uxore, cum qua maritus assidue conversatus est, natus. Illa est dispositio legis, ex aliquo signo quid præsumendis, & super præsumpto tamquam comperto jus statuendis. Dicitur, juris; quia à lege est inducta. Dicitur, de jure; quia super tali præsumptione lex firmum jus statuit, habendo eam quasi pro veritate. Alciarius *De præsumpt. p. 2. nu. 2.* Exemplum est, secundum jus vetus, in *cap. Is qui fidem 15. inf. De sponsalib. & in l. fin. Cod. De jure delib.**

3 Præsumptionem hominis eam dicunt, quæ lege quidem non est expressa, est tamen justa & ratione respondens: eamque aut violentam faciunt, quæ urgenti conjectura nititur; aut probabilem, quæ probabilis. Posset tamen dici, non dari præsumptionem hominis, quæ si bona sit, lege non nitatur; præsumit enim homo, lege id approbante; Alioquin non præsumptio, sed temerarium foret iudicium, ut in *cap. 2. inf. De R. l. & referretur ad eam præsumptionis speciem, quam levem & temerariam ponunt: quæ merito rejicienda, cum nulla nitatur ratione, & peccatum sit, temerè quid præsumere. Quo facit, quod Abbas in e. Accedens 23. nu. 7. inf. De accusat. dum ponit præsumptionem juris & hominis, dicat illam non ita fallere, ut hæc fallit, Sarmient. *Select. Interpp. lib. 2. c. 1. nu. 9.* Ponunt tamen Interpretes & præsumptionem hominis, Præses Everardi in loco à *versimili nu. 18.* qui describit eam esse cujus effectus non est jure expressus, sed iudicis arbitrio dimissus. Exemplum ponit in *cap. 2. hoc tit.* in quo tamen agitur de præsumptione naturali & civili. Vid. *Fatnac, Praxis Crimin. p. 1. qu. 30. num. 98. & 99.**

Quæritur potest, An præsumptio fictiæ probationis? R. Proprie quidem probationem non esse, cum probatio vera percipiatur sensu corporeo, veluti quod testes videntur hominem occidi, audiverint, interfuerint; præsumptio verò per discursum rationis colligitur ex facti circumstantiis. Est tamen loca probationis, ejusque effectum habet, à probandi onere relevat, idque in advectionem rejicit; cum sint, probate, & habere pro se præsumptionem. Quod non tantum verum est in præsumptione juris & de jure, sed & juris tantum, uti, aliis allegatis, probat Alciat. *De Præsumpt. p. 3. num. 2. & 3.* & videtur probari *l. Quicumque, Cod. De apochis lib. 10. ubi requiritur probatio, & sufficit præsumptio juris, e. Illud 11. cum seqq. hoc tit.* quæ factam rem videri probatam. Ut autem est in arbitrio iudicis, quantum testibus fidei habeat, ita & perferatur, an conjectura hujusmodi sint, ut ad credendum induci possit. *Menoch. 1. Præsumpt. q. 36. & 2. Arbitrar. casu 115. inf. me,* propterea quod in facto consistant, in quo requiritur arbitrium iudicis & quidem discretum.

Illud etiam quæritur, An præsumptio admittat probationem in contrarium? R. Etenim dubium esse, eam, quæ hominis est [si aliqua est dicenda & probanda] admittere; cum vera probatio eam admittat, cujus instar non videtur esse ista præsumptio. Idem dicendum in ea, quæ juris est, quod tantum faciat præsumi pro veritate, ad instar alterius probationis, qua non est fortior: ut cum ista admittat probationem in contrarium, etiam illa debeat admittere, secundum rationem ab æquiparatis. Quo facit, quod *l. fin. Cod. Si minor se majorem dix.* veritati per probationem patefactæ cedere dicatur. Sic licet quæ præsumatur bonus, & non necesse à modestia & innocentia vitæ, admittatur tamen probatio in contrarium, *e. 3. ubi Glos. & Innoc. hoc tit.* Necesse autem probatio sit plena, *l. ult. in fine, D. Quod metus caus. gest. vlt.* aliàs prævaleret præsumptio, quæ plena probationi æquivaleret. Ea, quæ est jura & de jure, nullam admittit probationem in contrarium, cum lex tale præsumptum tamquam compertum habeat, *l. e. Is qui fidem: ut amplius*

amplius non veniat dubitandum, aut inquirendum.

Q. 3. An confessio adversæ partis contra eam admittatur; R. Ex communi opinione admitti & prævalere, saltem judicalem, Pro quo facit bona ratio, quod ne quidem talis præsumptio ponat veritatem, sed pro ea tantum habeatur, verseturque circa dubium: confessio autem adversæ partis habeatur vera, cum nemo præsumatur contra se temerè confiteri, nullaque sit melior & efficacior probatio, quam proprii oris confessio. Præses d. loco nu. 20. qui hoc limitat, nisi subiecta materia aliud suadeat, per text. in c. Super eo, §. inf. De eo qui cogno vit consang. qui vult in causa matrimoniali non stari confessioni litigantis. Quæ limitatio non procedit simpliciter; nam confessioni ejus, qui contendit matrimonium esse validum, quidni stabitur? cum nemo sine causa sibi judicandus contradicere; nisi sit præsumptio collusionis qua de re infra lib. IV. Covarr. De sponsal. p. 1. §. 1. nu. 3. & 4. Extrajudicialis confessio non videtur habere eandem vim, cum non sit tam certa, secundum dicta superius Tit. 18. nec æquivalet plenæ probationi, etsi in judicio per partes probetur; tunc enim non tam in confessione, quam in testibus vis poneretur, quos non admitti contra istam præsumptionem dictum est paullo antè Alciat. De Præsumption. p. 2. num. 6. & 7.

Q. IV. An notorium prævaleat dictæ præsumptioni? R. Hoc omnino dicendum esse, cum adveniente veritate cesset dubium circa quod versatur præsumptio. Præses d. nu. 20. & hoc ita in notorio permanente, quod ponit rei evidentiam fortiores ista præsumptione. Aliud dicendum de notorio transeunte, quod probandum per testes, quibus ista præsumptio est efficacior & prævalet. Alciat. d. l. num. 19.

Q. V. An juramentum ejus, cui obstat præsumptio, eidem prævaleat? R. non deferri à giudice eo casu juramentum, ut patet ex c. Cod. De non numsr. pecunia. l. in contract. 14. §. illas; cum non deferatur, nisi ubi causa dubia: hæc autem non est dubia, sed certa potius habetur.

Q. VI. An impediatur appellatio? R. Recte dici, appellatio interposita per eum, contra quem militat, non esse deferendum, propterea quod, cum præsumptio ista habeatur pro veritate, & rejiciat probationem in contrarium, non possit videri appellatio justa, cui ideo temere deferetur.

Q. VII. An operetur in foro conscientia? R. Non operari, quod versetur circa dubium casum; in conscientia autem omnia sint certa. Menoch. 1. Præsumpt. c. 8. Quo modo hæres, omisso inventario, non tenetur in foro conscientia ultra vires hereditatis, uti dictum D. De jure deliber. nu. 14. Sic & dispositio Trid. Sess. 28. de Regul. c. 19. quoad professionem invalidam, cui intra quinquennium non est reclamatum, validandam, super præsumptione fundatur. Ut in conscientia non obliget, si mens professi non fuit, professionem ratificare tacendo. Navarr. Comment. de Regularib. 4. nu. penult.

Q. VIII. An sententia ex præsumptione ferri possit? R. Omnino posse, non tantum ex ea, quæ est juris & de jure, qualis habetur instar plenæ probationis & pro veritate, ita ut probationem in contrarium non admittat, secundum dicta paullo antè, sed etiam ex ea, quæ est juris tantum; nam & hæc probationis vim habet, quatenus non evectitur contraria probatione. Unde ut ex probatione plena sententia fertur, ita & ex præsumptione, quæ est instar probationis plenæ. Hominis præsumptio, si lege non nitatur, non est magnæ efficaciam: arbitrio tamen judicis relinquunt, quantum ei fidei habeat Menoch. 1. Præsumpt. q. 49. Et hoc ita in causa civili: ubi quidam volunt, sententiam latam ex præsumptione juris non transire in rem judicatum, & retractari posse per contrarias probationes postea adductas, quasi latam prætextu falsorum instrumentorum, juxta l. 2. Cod. Si ex falsis instrum. Præsumptionibus non est danda eadem vis, si postea contraria superveniant, quod par in parem non habeat imperium. Potest tamen interim mandari executioni sententia, ut patet ex c. 6. inf. de frigidis & malef. Præsumptio juris & de jure, quia fortior est, præsumptionem juris superat. Menoch. 1. Præsumpt. q. 95.

32 Postremo celeberrima est quaestio. An in causa criminali ex praesumptione possit inferri poena ordinaria? R. Ita dicendum videri, quatenus habetur pro liquida probatione, qualis d. fideatur in criminalibus, & iudicem omnino inducit, ut credat. Nam cum delictum habeatur probatum, quidni sequatur ordinaria poena? per textum satis expressum in l. si quis 34. Cod. Ad L. l. de adul. ubi ex iudicis quis convicitur adulterii commissi, diciturque veluti convictus & confessus severe puniendus. Quod omnino procedit in praesumptione juris & de iure, quae habetur certissima. Videtur & idem dicendum de ea, quae iuris tantum, si fuerit indubitata, per l. fin. Cod. de probat. ex dicta ratione; praecipue quando agitur de delictis occultis, & quae sunt difficilis probationis, ne alias reddatur res improbabilis. Hinc ex actu propinquo a delictis dicitur adulter manifestus, c. litteris 12. h. t. Quod si non sint certa indicia, sed iis subest dubitatio, non videtur iudex procedere posse ad condemnationem, sed absolvere debere reum. Ut media via, scilicet ut mitius puniatur, habere locum non possit, ne vel innocens oneretur, vel nocenti iusta delicti poena non irrogetur. Solet tamen in causa haereseos suspecto abjuratio injungi, & alia cautio adhiberi, ut possit constare de veritate, s. litteras 24. h. t. Non obstat l. Absentem D. De poenis, quae vult aliquem non esse damnandum ex suspicionibus; quia illa continent tantum levia signa. Non obstat etiam c. 2. h. t. nam in eo non agitur nisi civiliter ad proles restitutionem, & super ea tantum iudicatur, nulla facta mentione criminalis iudicii. Vid. Sarnientus 1. Select. interp. c. 1. Praxi communi receptum videtur, poenam delicti tantum praesumptivè probati mitigandam esse, quod, licet non omnino videatur reus innocens, non pateat tamen de crimine per veram probationem, qua de re Menoch. d. lib. 1. c. 97. & latissime Zarbosa ad l. 2. in princ. nu. 76. & seqq. Solutio matrim.

TITULUS XXIV.

De iurejurando.

SUMMARIUM.

1. Juramentum unde dictum, & quid,

2. Jurandi usus an licitus Christianis?
3. Explicatus locus Matthaei 5.
4. Juramentum rectè exigitur.
5. Ad juramenti honestatem requiritur in pmi persona capacitas, & puberes.
6. Impubes ne quidem si velit admittendus.
7. A juramento rejiciuntur infames.
8. Clericis, Sacerdotibus, Episcopis quatenus iura licitum.
9. Secundo, requiritur intentio jurandi.
10. Juramentum an teneat, si quis nolis obligari.
11. III. Comites tres, Veritas, iustitia, iudicium.
12. Juramentum an exigere liceat ab eo, qui potatur peccaturus.
13. IV. Requiritur forma debita.
14. Jurandi formula varia.
15. Verbis, In fide mea, & Per fidem meam, Per fidem Regiam, &c. non inesse vim juramenti.
16. Ut neque his, Certò, Certissimè, Vetc. &c.
17. Homagium an significet juramentum?
18. Juramentum praestandum per solius Dei invocationem, non per creaturas.
19. Non juratur per locum Herculem, locum.
20. Christianus jurans per falsos Deos an teneatur?
21. Intellectus can. Ecce xxii. q. 5.
22. Intellectus c. Etsi Christus 26. h. t.
23. Ethnicus per falsos Deos jurans an teneatur?
24. Ab Ethnico taliter juraturo an liceat exigere juramentum?
25. Solemnitas & ritus praestandi juramenti.
26. Juramentum per execrationem.
27. Per ajurationem.
28. Juramentum aliud Sacrum, aliud Temporale.
29. Item aliud Adfertorium, aliud Promissivum.
30. In Adfertorio praedictos tres comites, Veritatem, iudicium & iustitiam requiri debere.
31. Juramentum hoc quis deferat.
32. An deferat minor curatorem habens?
33. Juramentum hoc aliud Voluntarium, aliud iudiciale, aliud Necessarium.
34. Necessitas illud praestandi.
35. Ad actore nihil probante an deferri possit?
36. Delictum.

36. Delatum an possit recusari ab eo, qui malis probare?
37. An per procuratorem recte praestetur?
38. Materia hujus iuramenti sunt causa civiles.
39. In criminalibus non est deferendum.
40. Continet speciem transactionis.
41. Excepto iuramento necessario, & exacto super testamento, non visis tabulis.
42. Periturus an teneatur ad restitutionem deferenti.
43. Promissorium iuramentum in quibus locum habeat.
44. Comites similiter tres requirit.
45. Illicita iuramenta qua?
46. An peccatum veniale faciat illud illicitum.
47. Intellectus c. Cum quidam 12. §. illi verò h. tit.
48. Actus indifferens an sit materia peccati?
49. Iuramentum de non mutuando, non fidei iudendo an sit obligatorium?
50. Iuramentum impediens maius bonum an valeat?
51. Iuramentum de non accusando uxorem super crimine non obligat.
52. An neque de non accusando super adulterio?
53. Iuramentum de usuris solvendis ratione mutui obligat.
54. Licet contineat clausulam de non repetendo.
55. Obligat & exactum de non petenda relaxatione.
56. An additum pacto commissorio in pignoribus?
57. An posterius contra prius teneat?
58. An actus posterior contra prius iuramentum?
59. Iurata alienationem fundi dotalis an mulier revocare possit?
60. Iuramentum actus lege humana prohibitos non confirmat.
61. Neque actum in commodum privatum lege prohibitum.
62. An neque actum in favorem debitoris lege prohibitum?
63. Iuramentum metu extortum an servandum.
64. Relaxatus à carcere sub iuramento de redundo an redire teneatur?
65. Iuramentum dolo vel errore extortum quatenus obliget.
66. Dolus & metus quoad effectum qualiter aequiparentur.
67. Ex causa laesionis enormissima an liceat contravenire iuramento?
68. 71. iuramenti effectus.
69. Materia levitas in iuramento aduersorio non excusat peccatum à peccato mortali.
70. An neque in iuramento promissorio?
72. Qui iuravit solvere an compensare possit?
73. Jurans rem semel promissam an commutari possit?
74. Iuramentum per procuratorem praestitum an obliget.
75. Iuramenti obligatio an transeat ad heredes?
76. Ex iuramento promissorio an desur actio?
77. Iuramenti obligatio quando cesset.
78. Cessat & remissione eius, cui iuratum.
79. Item per relaxationem superioris.
80. An relaxet potestas civilis?
81. Irritatio iuramenti ad quos spectet.
82. Interpretatio iuramenti quomodo facienda.
83. Iuramentum strictè interpretandum.
84. Iuramentum dolo sum & simulatum an obliget?
85. Jurandi verbis amphibologicis & restrictione mentali an & quatenus uti liceat.

Inter alia expediendarum licitum remedia non est leve Iuramentum, l. 1. D. eod. quod non nisi ex sincera fide videatur procedere ut rectè dicat Cicero 3. D. offic. nullum vinculum ad adstringendum esse majus iuramento. Derivanti illud à verbo, iuro, quod à Iure deductum volunt, quod divino firmatur testimonio, quasi jure suo pro vero sit habendum. Unde & appellatur Jusjurandum, quod Cicero d. loco, vocat sanctam & religiosam adfirmationem, sub ea negationem comprehendens: alii invocationem divini numinis, in aliquo rei testimonium: alii actum invocandi seu adducendi Deum in testem, sive enuntiationem, quæ cum divino testimonio profertur. Non male, cum Jurare sit Deum in testem ad vocare.

Ubi primò occurrit quæstio, An jurandi usus sit honestus & licitus Christianis? Resp. Fuisse hæreticos, & etiam non esse, inter quos sunt hodie Anabaptistæ, dicentes, jurandi usum esse interdictum Christianis, nixos illo dicto Christi, *Marthæ 5. Ego autem dico vobis, non jurare omninò. Sic sermo vester Est.*

est. Non, non, quod his abundantius est, à malo est: & D. Jacobi Epist. sua e. s. qui repetens ea Christi verba subjungit, *Et non sub iudicio decidatis*. Et posset videri per se malum esse, jurare per Deum, quod nomen ejus videatur adsumi in vanum. Catholicam tamen & veram esse sententiam, ejus usum minime esse prohibitum Christianis, ut patet ex variis Scripturæ exemplis, & ex secundo præcepto Decalogi, quo non prohibetur simpliciter adsumi nomen Dei in testimonium, sed in vanum; & subjungitur, *Non enim insonstem habebit eum Dominus, quis adsumpserit nomen Domini Dei sui frustra*. Facit, quod David & reliqui Prophetæ utantur frequenter his verbis. *Vrui Dominus*, quæ continent speciem juramenti. Et *Psal. 62. Laudabuntur omnes, qui jurant in eo*. Possent plura loca adduci, sed hæc sufficiant iis, qui bonæ mentis sunt, aliis nulla sufficiunt. Respondet isti sententiæ Ecclesiæ consuetudo, subnixæ Sanctorum exemplis, & ratione, quod, cum juramentum sit invocatio divini numinis, si ex vera fide procedat, tacitam contineat fidei confessionem, quod scilicet Deus sit pura veritas: ut non possit dici continere intrinsecam malitiam ex parte obiecti.

Nihil obstat locus *Matth. 5.* neque enim accipiendus de absoluta jurandi prohibitione, sed de frequentia: ut verba illa sint potius consilii, quam præcepti, propter periculum, quod est in frequentia, secundum *Eccles. 23. Iurationi non adsuecat os tuum: & Vir multum jurans reprobitur iniquitate*. Nec est, quod quis verba ista urgeat. *Quod his abundantius, à malo est*. Notandum enim, quod Christus non dicat, *malum*, sed *à malo est*, id est ab infirmitate jurare cogentis. Quo modo explicat illa verba Pont. in *c. Et si 26. h. e.* Unde & D. Augustinus prædicta Christi verba accepit de adfuitate, per quam facile in perjuriam incidimus, & in graves blasphemias, quibus Deo quid denegatur ipsi competens, aut adtribuitur non competens. Covari *De pactis p. 1. §. 7. n. 11.* quales sunt in usu apud vulgum, præcipue apud sceleratos. Sic & per membra Christi jurare dicitur blasphemia, *can. Si quis per capillum XXII. q. 1.* si nimirum id fiat per contumeliam. Ut aliàs nihil illicitum contineat jurare, quod vel ex dicto loco Matthæi patet, ubi inquit Salvator, *Non perju-*

rabis, reddes autem Domino juramentum tuum. Hoc exigente necessitate causa, veluti cum quis videt homines ad credendum, quod sibi vitiosus est, pigros, nisi juramento firmetur, Sic D. Paulum pro auditorum dissidentia jurasse, testatur ejus Epistola: qui ad *Hebr. 6. Omnis, inquit, controverfis finis est juramentum*.

Unde patet, etiam nihil continere iniquitatis, exigere juramentum, cum correlativi videantur, præstare & exigere, concurrentibus iisdem conditionibus. Sic recte præcipiunt Judices reis vel testibus juridicè interrogatis, verum jurent. Recte privatus, in contractus aut alicujus promissi confirmationem, aut in bonum finem, exigat juramentum, veluti rixam sedandam, subveniendum proximo in necessitate existenti. Sic & humane leges, tam Caonicæ quam civiles, variis casibus imponunt necessitatem præstandi juramenti, ubi id recip. bono aut ejus membri convenit. Potest enim Magistratus ad publicum bonum præcipere actus honestos, inter quos est juramentum. Ejus ordinis est juramentum fidelitatis, obedientiæ, & *Eccl. 22. d. d. Atque ita*, secundum hanc interpretationem jurare est licitum, ne utique per sacram Scripturam inhibetur, quatenus continet tres commites de quibus mox infra dicemus: & ita accipienda sunt loca à Gratiano in contrarium alata. *XXII. q. 1. c. 2. Vide Less. De just. c. 2. lib. 2. c. 42. Dubit. 3.*

Finis juramenti est confirmatio veritatis, quod ut honestè fiat, & finem suum consequi possit, aliqua requiruntur.

Primo in persona capacitas, quam dabitur rationis usus, qui ex natura rei facit omnes capaces juramenti: non determinandus ex certa ætate, quod non sit idem tempus omnibus perveniendi ad usum rationis, sed prudenter in singulis conj. standus. Præscripta à jure libertas, saltem aetate quam p. s. cogi quis jure judicio, *can. Parvuli c. can. Pueri XXII. q. 1.* quod careat discretione, ut debita cum reverentia quis non sit juraturus.

Quæritur, An, si velit, possit jurare impubes in judicio? R. Id aliquos velle, propter *can. Pueri*, ubi dicuntur non cogendi, quasi si libere velint, non prohibeantur: sed aliud videtur ratio, quia non sunt in rationabili ætate. Et idip-

Idipsum aperte ianuit textus in *can. 1. IV. q. 3.*
Certe extra iudicium juramentum impuberis
servandum, cum perjurium dicatur committe-
re posse, *c. 1. inf. De delictis pueror.*

7 Non omnes puberes ad juramentum ad-
mittendi. Rejiciuntur perjuri, infames, *d. can.*
Parvuli & can. Si quis convictus XXII. q. 5. qui
tamen non videntur tam se subtrahere debe-
re, si rogentur, quam repelli à iudice, cum pas-
sim dicant Canones, *non recipiantur, remove-
antur, sint repellendi*, qualia verba non tam spe-
ctant ad sententiam latam, quam ferendam,
ut juramentum ab iis emissum teneat, argu-
mento ejus quod dicitur *c. 1. De except. in 6.*
excommunicati; donec à iudice rejiciatur, a-
cta tenere.

8 Sacerdotibus non est inhibitum jurare, si
magna causa postulet. Sic pro fide, pace, obedi-
entia, Ecclesie immunitate jurare possunt, & si
agatur præjudicium alterius, ut hoc avertatur.
In propria etiam causa litigantis licite substi-
tuere alium possunt. Coram laicis, tamquam
suis superioribus, Clericis jurare inhibitum sine
licentia sui Episcopi, *can. Nullus XXI. q. 5.* Et hoc
in iudicio, nam extra iudicium non requirunt
eam licentiam, *c. Exscriptio 9. h. t.* Ratio est in-
decentia status clericalis, cui magis præjudica-
tur, juramentum exigendo in iudicio, quam
præstando illud extra iudicium. Episcopis non
nisi in arduis causis juramenta offerenda, ut pro
fide, in abjuratione erroris, causa purgationis,
can. 1. 3. can. Habet, cum similib. II. q. 5. ad præstan-
dam obedientiam Papæ, *c. Ego h. t. de calumnia,*
inf. De juram. propter calum. dando.

9 Secundo, requiritur voluntaria & delibe-
rata intentio jurandi: nam ut juramentum
inducat obligationem, ab intentione procedat
necessè est, quia non esset juramentum. Ubi
videtur sufficere ea deliberatio, quæ ad pec-
candum mortaliter sufficit. Quæ & sufficiet
ad obligationem, etiamsi eam non inten-
dat jurans, cum juramentum per se & natura
sua producat obligationem, supposita materia
capaci. Sic in voto satis est, velle vivere, ut
quis teneatur, etiamsi non cogitet de obliga-
tione & implemento, quia hæc virtute in voto
includuntur.

10 Quid si quis nolit obligari juramento? R.
Possit videri, non tenere juramentum, nec

obligari jurantem, quod homo non obligetur
nisi ex propria voluntate, quæ cum hic desit,
non potest oriri obligatio. Probabilius tamen,
juramentum tenere, eo quod, licet sit in pote-
state hominis, jurare vel non, non tamen ex ju-
ramento præstito obligari. Applicata enim cau-
sa ex voluntate sequitur ejus effectus, quem
vult applicans causare.

Tertio, desideratur ad honestatem jura-
menti, tres habeat comites, Veritatem scilicet,
Justitiam & Judicium. Constat ex textu *can.*
2. XXI. q. 2. & D. Hieron. *ibid. can. 7. q. 1. Iura-*
bant. Vivis Dominus, in veritate, justitia & ju-
dicio. Veritas, ut in juramento adsertorio id,
quod adseritur, sit verum, saltem secundum
prudentem non levem conjecturam: in promil-
sorio, ut & animus ad sit implendi promissi, &
ipsum impleatur, ex sine juramenti, qui est con-
firmatio veritatis, quem deesse faceret defectus
hujus comitis. Neq; enim foret parva Deo in-
juria, eum, qui infallibilis est veritas, vocari in
testem rei falsæ. Unde rectè *Ps. 14.* laudatur ille,
qui jurat proximo suo, & non decipit. Justitia,
ut sit licitum & decens, & res sit honesta, quia
turpia sub obligationem non veniunt, *c. Non*
est obligatorium 58. De R. I. in 6. Ex parte
materiæ tendat ad bonum, sub ratione debiti-
ti, in comparatione ad proximum; à ma-
lo declinet, id est non contineat damnum
vel præjudicium proximi. Quod facient ea, quæ
dicentur de materiæ honestate. Judicium, ut
præstetur maturè, cum debita ac prudenti deli-
beratione. Est enim ad omnem virtutis actum,
ut studiosè fiat, necessarium prudentiæ judicij
um; quæ est auriga moralium virtutum. Hæc
conditio latius patet ut etiam dicitur prores suo
ambitu contudat; cum nihil possit fieri cum
prudenti iudicio, absolutè loquendo, nisi quod
& vere & juste sit. Unde, ut sit distinctio, hæc
conditio referenda ad necessitatem, aut gravem
utilitatem, quæ juramenti præstationem pos-
tulet: hæc enim accedens ad veritatem & ju-
stitiam facit compleri legitimam & honestam
jurandi causam, sine qua juramentum futu-
rum vanum & otiosum, & contra reveren-
tiam Deo debitam. Quanta autem debeat esse
necessitas & utilitas, discretionis iudicis com-
mittendum.

Hic tres comites faciunt juramentum rectè
præ-

præstari & exigi, defectus verò non ponit extra peccatum exigentem; nam si non præstatur citra peccatum, quidni etiam sine eo non exigitur, cum ad peccandum inducens non sit extra labem tamquam illi dāns causam?

12. Ubi questum, Anne ergo non liceat petere juramentum ab eo, quem scis falsum juraturum? Resp. Omnino illicitum esse, exigere juramentum ab eo, qui illud nequit præstare sine injustitia aut turpitudine: nam petere à tali est inducere ad peccandum; inducens autem ratione cooperationis quidni peccare dicendus? Idem est, si sine mendacio, aut falsitate, aut morali ejus periculo præstari nequeat, *can. Si quis pejeraverit & can. Si quis convicius XXII. q. 5.* Tota difficultas est, an super materia licita rectè exigatur ab eo, qui putatur pejeraturus? Et sunt affirmantes, id non licere privatæ personæ, *can. Qui exigit XXII. q. 5.* ubi dicitur homicida esse, ad jurandum inducere eum, quem scit pejeraturum, cum præbeat occasionem ruinæ; publicæ autem personæ, id est judici id licere propter functionem publicam, D. Thom. 2. 2. q. 98. art. 4. Navarr. in *Manuali cap. 12. n. 20.* Possit tamen non malè videri, nec privatum peccare petendo tale juramentum, si non inducat determinatè ad jurandum id, quod falsum est, & subit justa causa petendi: veluti si cogat necessitas aut utilitas aliqua, ad quam aliquis jus habet, quo merito uti potest, nec tenetur alteri id cedere, qui reddetur promptior ad occultanda delicta aut debita; & sic reportaret commodum ex sua malitia, quod non est permittendum. Nec vis faciendæ in eo, quod alter jurare offecat; nam & deferti sine noxa potest non offerenti, modo non petatur determinatè id, quod falsum est, ut jam dictum, & justa subit causa: cessat enim tunc inductio ad perjurium, cum petatur juratio veritatis; ut negotium alterius saltem sit juramento confirmatum, ad exigendum id, quod præterditur. Nec potest dici exigens consentire in perjurium, cum permissivè tantum se habeat, uti potest, utendo jure proprio in necessitate, in nullo lædens ordinem caritatis, quæ non mandat vitare peccatum alterius, cum magis rei suæ jactura, quando ille sua culpa & voluntate peccat. Quod fa-

cit argumentum ejus qui ab usurario mutuum petit lub uisus, ad subveniendum suæ necessitati, quarum solutionem juratam non recusat, ut inferius dicitur. Vid. Covar. ad c. *Quamvis de pactis in 6. p. 1. §. 6. n. 3.* Lef. *De just. & jure lib. 2. c. 42. Dubit. 10.*

Quarto necesse, fiat debita forma: quæ et natura rei non requirit necessario verba, cum possit & per alia æquipollentia exteriora suppleri ut in nullo, quem posse juramentum indicare per signa non est dubitandum, cum illi non sit alius modus. Ut idem sit in aliis, quavis loqui possint, sæpè tamen non expedit. Covarr. ad d. *cap. Quamvis in princ. n. 4.* Suarez, *De juram. c. 11. n. 4.* Imo & sola mente juratus in conscientia quis obstringitur. In foro tamen exteriori est valde consentaneum rationi & convenientius, ut qui loqui potest præsens presententi juret per verba.

Varias verborum jurandi formulas apud veteres fuisse, notius est, quam ut hic referri debeat. Apud Christianos non alias ritè fit juramentum, quam si contineat invocationem divinitam, veluti, *Per Deum juro, Testem Deum in voco.* Solum verbum *Iuro* videtur sufficere ad juramentum ex vi verbi: in usa tamen consideranda est intentio, & circumstantiæ, quæ alienant verborum vim; ipsum verò non est necessarium, cum & sine eo verè juretur. D. Paulus, dicendo, *Deus sit mihi testis*, verè juravit, quia sufficienter expressit invocationem. De istis verbis. Vid. Suarez *d. lib. 1. De juram. c. 13. n. 9. & 14.*

Q. An verba, *In fide mea*, vel *Per fidem meam* contineant juramentum? Resp. Hoc aliquos velle, inter quos est Felin. ad c. *Querelam 7. h. & ibid. Abbas in fine. & per eos res laci. And. Gall. 2. Obfir. 39.* quasi proferens intelligatur affirmare per fidem Christi. Nituntur e. ad *auri sup. De his qua vi metusve caus. & c. fin. inf. No. Prælati vices suas & c. & can. Juramenti XXXII. q. 5.* quibus & aliis locis videtur affirmatio per fidem æquiparari juramento. Verius tamen prolationi talium verborum non inesse juramentum, inspecto ordinario & mortali modo talia verba, proferentium; nisi additio faciat aliud judicari, veluti, *In fide Christi, In fide Christiana.* Clarum etenim est, neutquam contineri juramentum hæc formula, *Per fidem Regiam, per fidem Nobilitatis, Per fidem boni viri.* Intelligi-

relligunt enim fides humana, quæ non ponit juramentum etiam in casu, quo dicitur, *in fide bona, tam & humana fides bona est.*

Non obstant loca in contrarium allata; nam in iis vel agitur de fide Christiana interposita, de qua etiam agi d. *can. ad aures*, verisimile cum agatur ibi de fide præstita à Clericis quos præsumit Pont. religioso modo fidem dedisse, vel non patet ex eorum verbis, adseritionem per fidem firmatam esse loco juramenti, secundum d. c. *fin.* Quod ad d. *can. juramenti*, hic comparando juramentum & simplicem loqualem, non facit ea æquali, cum tantum intendat fidelibus commendare veritatem, ut iis simpliciter & non jurato quid adserentibus perinde credatur, ac si jurasset. Vid. Covarr. d. *loco p. 1. §. 2. n. 3. & 4. Navar. in Summa c. 12. n. 2. Less. d. loco Dubit. 1. n. 4.*

16 Formulæ *Cerrò, Certissimè, Verè, in veritate*, & similes, cum aliud nihil indicent, quam absolute ita rem se habere, non ponunt juramentum, nisi intendat proferens summam veritatem, id est Deum, adducere in testem. Idem dicendum de formula, *Per conscientiam in conscientia*; quia sensus est, fide non proferri verba, sed juxta mentem loquentis, cum communiter non sumatur verbum istud in ordine ad Deum, sed ad significandum proferentem loqui respondentem suæ conscientie. Nisi accipiatur conscientia ut res sacra, quatenus testimonium conscientie est quodammodo divinum, & participatio divinæ veritatis, sicut anima peculiari modo est imago vel templum Dei. Ut attestatio est. *Per animam suam*, velint plerique esse juramentum, nisi hoc verbum non adducatur in testimonium veritatis. Ab hujusmodi tamen verbis & similibus securus est abstinere.

17 Illud quæsitum, An homagium, quod facit Vasallus Domino, significet juramentum? Resp. Hoc videri, secundum eos, qui hoc verbum à Græco *ἑὸς*, id est *Jure*, deductum volunt, vel ab *ἅγιος*, id est *Sanctus*, quod rem sanctam, id est juramentum, contineat. Quò facit, quod Glossa, in c. *sine, inf. De R. T.* homagium interpretetur sacramentum fidelitatis: & Covarr. *De pallis parte 1. §. 1. num. 3.* interpretatur esse juramentum. Plerique tamen judicant vocabulum istud esse barbarum, nec tam significare juramentum, quam pactum aliquod hu-

manum, quo quis & se recognoscit hominem alterius esse, & servitium ejus adductum. Ex usu tamen videtur juramentum adductum, quia in re consideranda eo consuetudo.

Juramentum itaque non fit nisi per solius Dei numinisve divini invocationem. Est enim actus religionis, & continet cultum lætæ; finisque ejus est confirmatio veritatis infallibili testimonio, quantum ab homine fieri potest quæ infallibilis auctoritas non est nisi in solo Deo. Per creaturas igitur non juratur sine gravi peccato, si ad eas fiat relatio, tamquam testes infallibiles; cum sit species idololatriæ, iis attribuere, quod est solus Dei nisi referatur in creatorem. Quo modo licitum est jurare per Evangelium, per crucem quia juratur per eum, qui in Cruce pro nobis pependit, & ille invocatur. Sic & per res sanctas, licet creatas, jurans videtur jurare per respectum ad Deum: quod & fieri potest per non sanctas, etiam facta relatione ad Deum, cujus majestas & nomen in iis relictæ, seu qua ex parte à Deo conditæ; sed non ita sine scandalo, ut sit cavendum, Covarr. d. *p. 1. §. 1. n. 16. Less. d. lib. 2. cap. 42. Dub. 1. n. 6. & Dub. 2. n. 10. Maldet. De Jusit. & relig. Tract. 10. c. 6. Dubio 4.*

Per Jovem, Junonem, Herculem, aliaque idola non juratur sine idololatriæ, cum non sint convenientes creaturæ, ut ad Deum referantur. Quo spectat textus in *can. clericum xxxi. quæst. 1.* ubi Clericus jurans per creaturas acerrimè objurgandus dicitur, & si persistat in vitio, excommunicandus, quia scilicet jurat per creaturas more gentium, iis aliquid divinitatis attribuendo. Less. d. *Loco dub. 3. num. 16.*

Sed sic quæsitum, An habeat vim juramenti id, quod præstitum sub invocatione falforum Deorum: R. Esse quidem materialiter juramentum, quoad verborum sonum, sive esse putatum juramentum, ex conscientia erronea, sicut idolum est putatus Deus: revera tamen non habere juramenti subsistentiam quod desit illi verum constitutum juramenti, scilicet adsumptio divini nominis; nulla autem idolis divinitas, ut quæ erant signa, lapides, aurum, argentum, opera manuum hominum. Ut talis modus jurandi spectat ad blasphemiam & idololatriam, cum falsis Diis arti-

attribuatur id, quod veri Dei est proprium
Covarr. d. p. n. 1. n. 10. Suarez. De iuramento
lib. 2. c. 5. n. 3. & seqq. Sanchez, in Decalogum lib.
3. c. 2. n. 6.

21 Difficultatem facit, quod habet D. August.
in can. Ecco xxii. q. 5. ubi videtur indicare, quod
jurare per lapidem, sine relatione ad Deum, suffi-
ciant ad obligationem iuramenti, & falsum ju-
rantem crimine tenet perjurii. Verum D. Au-
gust. non tenet hanc ibi jurantem falsum per
lapidem, ut verum perjurii reum, sed tamquam
reum injuste deceptionis, vel tamquam reum
perjurii quoad speciem & scandalum, quia do-
loso iuramento utebatur. Quod alii accipie-
bant ut verum, quod putarent fieri per lapi-
dem ut sanctum, sive idolum ex lapide factum
pro sancto habitum, ab iis, quibus juratur, atque
ita cum relatione ad divinitatem: ut ejus trans-
gressio apparet perjurium, revera tamen non
fit, cum non ponatur iuramentum, nec obliga-
tio religionis in re ipsa inducatur.

22 Nihil obstat e. Etsi Christus 26. h. r. ubi dicitur,
non esse jurandum per creaturas, si tamen
juratum fuerit, servandum esse iuramentum;
nam hoc accipiendum, quatenus in iis relucet
Deus, ut ibi subjungitur, *Qui jurat in caelo, jurat
in throno Dei, & in eo, qui sedet super eum.* Nec
obstat, quod ibi dicitur, non esse jurandum per
creaturas; nam hoc non, quia ita jurata per se
malum sit, sed ex causa, ad vitandum mali peri-
culum, si non urgeat necessitas, ut ibidem ex-
plicatur. Et hoc ita in Christiano jurante per
falsos Deos.

23 Quid si Ethnicus per falsos Deos suos ju-
ret, an teneatur iuramenti religione? R. Ex se
& vi sua non esse iuramentum, quia exigit
rem sacram, aut eo relatam, atque ita nec obli-
gationem ex eo induci, cum quod non est,
obligationem inducere nequeat; non potest
ejus violatio esse contra honorem Dei, cum
non pertineat ad veri Dei honorem: ex con-
scientia tamen ethnica ejus, qui jurat, putan-
tis pertinere ad putati Dei honorem, & ad re-
ligionem putatam, obligare, & servandum
esse ab Ethnico. Suarez. d. loco n. 6. & Sanchez.
n. 5. Quo faciunt leges civiles & placita Phi-
losophorum etiam infidelium, qui iuramen-
tis suis per falsos Deos majorem obligatio-
nem inesse judicant, quam ulli fidei hu-

mane, ut videre est ex Cicer. 3. De offic. civi-
suis, ubi nullum vinculum ad adstringendum
fidem iurejurando majores archius esse voluit
se tradit. Et hoc sensu D. August. in can. Mo-
vet. 16. xxii. q. 1. dicit cum qui jurat per fa-
sos Deos, se fidem servaturum, & non ser-
vis peccate, quod & fidem, & iuramentum
fiangat. Unde sequitur, Ethnicum ad verum
Deum conversum non tenet isto iuramento,
propter depulsam conscientiam ethnicam, &
intellectam Deorum suorum falsitatem. Quo-
modo nec Christianus per eos jurans tenetur,
uti dictum; quamvis obligatio iustitiae
de re licita fuerit, veniat servanda, ut etiam
dictum est.

Ex his se offert quaestio, An liceat petere iu-
ramentum ab Ethnico, qui creditur juratum
per falsos Deos: Resp. Non licere quidem de-
terminare aliquem inducere ad malum, quod
non sit sine gravi peccato; non videri tamen po-
se esse illicitum, petere à tali iuramento in
genere, si causa necessitatis, aut moralis utilita-
tis sublit. Pars prior probatur, quia in genere
petendo, petit rem licitam, ut licite fieri potest
scilicet ut juret: ut non possit videri ad malum
inducere jurantem; qui si juravit per falsos
Deos, id ejus malicia est impunitum. Et hoc
argumentum à simili, de sumptum ab eo, qui
petit mutuum ab eo, qui ex actus usus, qui
non peccat, cum, si juraverit se eas solviturum
teneatur, ut infra dicitur. Sic & non illicitum
petere in genere à maleficio, ut maleficio de-
struat: licet forte usus arte prava, ut dicitur
ad rom. de frigidis & maleficio. Nam talis mala
tam cooperatur peccato alterius, quam se ha-
bet instar permittentis aliquem male facere
re bene perita, quam & bene peragere poterat.
Quod facilius procedet, si Ethnicus, à quo iu-
ramentum petitur, sciat petentem esse Chris-
tianum, quia potest intelligere, peti à se iu-
ramentum more Christianorum: aut si Chris-
tianus exigit iuramentum per verum Deum,
tunc enim si alter nihilominus praestet per
dola, nulla est culpa in exigente. Posterior
pars ex eo constat, quod causa iusta licet peten-
tem usum esse iure suo, ad sopiendam con-
troversiam, aut securitatem in negotio hu-
mano accipiendam. Quo facit, quod ha-
bet D. August. in d. can. Mo vet: *Qui iuravit*

fide illius, quem constat jurasse per Deos falsos. Et
nunc non ad malam rem, sed licitam & bo-
nam, non peccato ejus se sociat, quo per damna
juravit, sed bono patio ejus, quo fidem servavit.
Covarr. de pactis p. 1. §. 10. n. 2. 3. Suar. de jur. a. l. 3. c.
13. & Sanchez in decal. l. 3. c. 8. n. 11.

26 Quantum ad solemnitatem juramenti, illa
ex vi rei nulla requiritur, cum ipsa verba in-
vocationis Dei in testem; non seclusa inten-
tione, sufficiant. In usu tamen olim fuisse
varios ritus, videre est apud Alexandrum ab
Alexandro, Genial. Dier. lib. 5. c. 10. & alios.
Hodie solemne juramentum fit, tangendo
Crucem, reliquias, sacra Evangelia, sub
juncta verbosum formula, SIC ME DEUS
ADJUVET, ET SANCTA DEI EVAN-
GELIA can. Tibi Domino dist. 63. Cujusmodi
ritus conveniens est, quod inducat majorem
pejorandi religionem, ob majorem timorem
juramentum, ex presentia & contactu rei sacrae
conceptum, unde licet peccatum grave sit per-
jurium simplex, gravius tamen solemniter
praestitum, gravioremque meretur poenam:
quanto enim id per quod juratur, est magis
sanctum, tanto magis poenale perjurium. Co-
varr. d. §. 1. n. 2. Imo & interdum necessarium,
solemniter tactis Evangelis aut Cruce jurare,
si jus ita praescribat, & licet nihilominus jura-
mento adstringatur non tangens, non est ta-
men satisfactum actui. Sacerdotes regulariter
non tenentur sacra tangere, sed satisfaciunt, si
per suam consecrationem, tangendo proprium
pectus jurent, can. Si quis presbiter 4. 11. l. quest.
5. Exceptis causis gravioribus, & in quibus ju-
re praescribitur ista forma, Covarr. d. §. 1. num. 13.
Haec de juramento, quod fit per simplicem
contestacionem.

27 Est & juramenti modus quidam per Exe-
crationem, per quam implicite nobis, aut rei
nobiscum malum imprecamur, veluti cum di-
cimus, Ita me Deus adjuvet. Nam dictum istud
involvit mali imprecationem, sensus enim est,
si mentior, me non adjuvet. Similiter per fidem,
per vitam jurans, exponit illam divino judi-
cio, ut illa privetur, si falsum juret. Vel etiam
explicite per expressam mali imprecationem,
vel sibi caris: inter quas gravissima illa sunt,
quibus quis imprecatur sibi aut alii mortem
aeternam, judicium divinum, aut simile quid,

in casum defectus veritatis ejus; quod allega-
mus. A quibus & similibus dictis cavendum
est, propter scandalum, quod generare solent.
Vid. Suarez de juram. lib. 1. cap. 13. num. 17. &
Sanchez in Decal. lib. 3. cap. 2. num. 36. Eiusmo-
di juramenti modus est, quem describit Co-
varr. d. §. 1. n. 8. cujus usus secundum anti-
quos Scriptores erat in foederibus incedis,
quem contineri vult can. Ecce XXII. q. 5. mi-
nus recte, cum ea interpretatio non conveni-
at verbis d. canonis, quae potius indicant, per
lapidem, tamquam per idolum, ibi fuisse jura-
tum.

Præterea pertinet ad juramenti materiam
Adjuratio, quae est contestatio rei sacrae, ad
petromovendum aliquem ad quid agendum,
aut non agendum; veluti, Adjuro te per Deum
vivum, ne me torqueas, Matth. 5. Distingui-
tur juramento, quia per hoc adducitur Deus
in testem veritatis, aut quasi fidejussor pro-
missionis, per illam autem tamquam obje-
ctum amoris, aut timoris ejus, quem adju-
ramus, ut consequamur, quod intendimus.
Adjurari potest Deus per hominem, non
per modum imperii sed obsecrationis. Ad-
jurantur & Angeli Sanctique eodem modo,
quo homines, daemones quoque sed imperan-
do, item rationales creaturae: verum his in re-
bus cavenda est superstitio, quae obvia esse so-
let, Navarr. De sentent. excommunic. Conf. 57. n.
9. & 10.

Hujus loci est illa Juramenti species, quae
fit per simplicem contestacionem, ad quam
requiritur ex parte materiae, ut, quod juratur, sit
licitum decens, dictum superius. Quod
ut paulo latius explicetur, sciendum. * Ju-
rumentum ex parte materiae aliud esse Sa-
crum sive Spirituale, ut est juramentum in
confirmationem voti, ob causam obedientiae
& reverentiae Praelatis debitae, & quod fit in
professione fidei de fide tenenda & retinenda;
aliud Temporale, quale, adhibet solet in ju-
diciis & contractibus, aliisque, ad certioni-
bus humanis, usque vel praeteritis, vel praesentibus,
vel futuris, quod humana provi-
dentia pendeat ex hujusmodi rebus, & circa
eas saepe necessario utatur cognitione fun-
data in fide humana, quae de se fallibilis
est.

est: ut illis omnibus inveniatur utilitas aut necessitas confirmationis per juramentum.

29 Hinc communiter dividunt Juramentum ex parte materiae in Assertorium, cujus usus est in adferendis praeteritis & praesentibus, ad ferendum iudicium, unde & dicitur Decisorium litium: & Promissorium, quod adhibetur futuris, ad confirmanda pacta & foedera humana: ut illius finis non sit alius, quam scire veritatem rei gesta; hujus vero major & firmitior obligatio.

30 In utraque hac juramenti specie tres committes, de quibus supra, requiruntur. Et quantum ad Assertorium, omnino in eo requiruntur Veritas, quod, uti dictum, juramenti finis sit confirmatio veritatis, Iudicium requiritur, ex eo patet, quod defectus necessitatis aut utilitatis causae faceret juramentum esse vanum & otiosum: esset enim contra reverentiam Deo debitam, ejus nomen invocare in vanis & frivolis confirmandis. De Justitia dubitari potest, ex eo, quod materia ejus possit esse res turpis, ut adulterium, homicidium, furtum, cum super ejusmodi rebus licite testimonium juramento praebetur. Verum etiam hac in specie requiritur justitia, saltem ex parte materiae proxima ad honestatem juramenti, qualis est illa, in quam immediate juramentum cadit, ipsa videlicet adfessio, quam justam esse oportet. Remota, qualis est res sive factum, quod adferitur, turpis esse potest, videlicet adulterium, homicidium, & similia. Quo modo non est satis, esse verum, quod adferitur, sed debet & iusto modo profecti. Sic adferens factum alicujus occultum, etsi non peccet contra requisitam in juramento veritatem, peccat tamen contra justitiam, cum sit contra reverentiam Deo debitam, adducere illum in testem ad assertionem iniquam confirmandam, utpote prolata contra juris ordinem.

Hujus juramenti usus est in iudiciis, ad faciliorem veritatis inquisitionem, & litium decisionem juxta *l. 1. D. de i. s. De ferri potest ab eo, qui litis decidenda: aut remittenda: arbitrium habet, siquidem hac in specie id agatur, ut à lite discedatur, & jus nostrum remittatur, l. 2. D. eod. Ut recte illud deferat dominus habens re-*

rum suarum administrationem, sive sit actor, sive reus, *d. l. 1. Dominorum loco habetur, quibus rerum alienarum libera administratio est concessa, vel à lege, ut tutor, curator, l. ius iur. an. 27. §. 2. D. eod. vel mandato domini, ut procurator universorum bonorum, aut datus in rem suam, aut nominatim habens id sibi mandatum d. l. 17. §. fin. & l. 20. in fin. 11. & l. 13. D. de iur. iur. Non alias tamen hi deferunt juramentum, quam deficiente alia probatione, *l. Tutor 34. D. eod. ne alias videantur perdere rem alterius. Minor habens curatorem non videtur posse deferre, cum ea res spectet ad juris sui remissionem, quod remittere non potest, l. 3. C. de integ. res. licet ex contractu persona ejus recedat, *l. Puberes 105. D. de V. O. ubi Cuiac. Cui ratio est in eo, quod personam habeat liberam, ut obligare se possit. Non habens curatorem recte deferret juramentum, si tamen restituitur intra tempora, *d. l. 3. & l. Nam postea, §. si minor, D. eod. Deferunt & filii familiae & servi super re peculiari, cujus administratio illis est concessa, *l. Servus 20. 21. D. eod. Videtur & iisdem personis deferri posse.*****

Notandum triplicem esse hujus Assertorii jurisjurandi speciem, scilicet Voluntarium quod ex partium conventionione deferretur extra iudicium: Judiciale, quod à parte parti in iudicio deferretur: Necessarium, quod deferretur à iudice, vel auctori ad causae victoriam, vel reo ad sui pargationem, *c. fin. h. t.*

Quantum ad necessitatem illud praestandum, ea non est omnibus aequalis. Nam voluntarium necessario est praestandum, nec referendum, uti indicat nomen: judiciale vero necessarium vel praestandum vel referendum, abscedere malitis, cui delatum, *l. delata 9. C. de h. quod alias res manifesta sit turpitudinis & confessionis, nolle nec jurare nec jusjurandum referre, l. Manifesta 3. D. h. t. Si tamen actor juraverit de ealumniis, *d. l. 9. & iudex approbaverit delationem, l. pen. §. 1. C. h. t. Nisi à parte fuerit remissum; haberet enim pro praestito, cum sit genus satisfactoris, quae est pro solutione, *l. Satisfactio 52. D. de solut. & liberat. aut causa subit excusans, l. iusjurandum 34. D. h. t. Relatum ad auctorem praestandum: alias eidem denegaretur actio, cum non sit ferendus is, qui conditionem recusat adimere.***

adimplere, quam adversario suo detulit, de l. pen. §. 1. Potest tamen & hic esse causa excusans, *Marcellus, D. Rarum amotar.* Necessarium omnino præstandum ab eo, cui deferatur, secundum nomen, nisi & hanc causam excuset, *d. e. fin. h. i.*

35 **Quæritur, An actore nihil probante possit ab eo deferri juramentum?** R. Differentiam esse inter hæc genera. Nam certum est, postremum non posse deferri, nisi stante aliqua probatione, cum deferatur in supplementum probationis imperfectæ, quam ideo præcedere est necesse: alias absolvetur reus, juxta regulam, quod, actore non probante, reus veniat absolvendus; nisi præsumptio aliqua eum onerans faciat ab eo exigere juramentum purgationis, *d. e. fin. in fine.* Contra se res habet in duobus prioribus, quæ admittunt hanc delationem: tum quia ita postulat litium dirimendarum favor: tum quia quod queratur adversarius non habet, qui constituitur in propria causa iudex: quæ sententia expressè probatur *l. Tutor 37. D. h. i. & ibid. Cujac. & lib. 2. 2. Objer. e. 32. Duar. De jurejur. c. 3.* Quod obtinebit non tantum in casu, quo nihil probare incœpit, verum & quo in probatione adsumpta defecit, eadem ratione militante. Nisi tamen semel revocaverit, quia probare maluit: ex ratione, quod absurdum sit, ad id, cui renuntiandum duxeris, redire, *l. Si quis 11. C. h. i.* Non obstat regula, quod, actore non probante, reus absolvitur, etiam si nihil præstiterit, cum non possit videri non probare, qui juramentum defert: nam ea delatio ita actori tributa, ut, si adversarius sine causâ recusaverit præstare, statim ea res cedat pro iusta probatione.

36 **Q. II. An is, cui deferatur, si malit probare, teneatur jurare?** R. Ita videri *Duareno De jurejur. c. 3.* propter promptum remedium expediendum litium. Pro altera tamen parte facit *c. 2. sup. tit. 19. De probat.* ubi tum demum recurritur ad juramentum, quando aliæ defuerint probationes; cum non sit recurrendum ad extraordinaria remedia, ubi ordinatum est convenientius ad litem decidendam. Quo modo & qui probavit, non onerandus hac præstatione, quod hæc delatio tantum spectet ad litem decidendam, non etiam ad decisam. Nihil facit, quod modo dictum, eum, cui de-

feratur juramentum, solvere debere, nisi iuret aut referat juramentum; nam habet limitationem, nisi iusta causâ excuset recusantem, qualis est hæc.

37 **Q. III. An possit juramentum præstari per procuratorem?** R. Juramentum calumniæ præstari per procuratorem posse, cum tantum sit credulitatis, quod & per alium præstatur habentem ad hoc speciale mandatum, *e. fin. De juram. calumnia in 6.* Quod & in aliis juramentis admissum, quatenus lex non requirit, fiat in propria persona, ad majorem causæ examinationem, & partis satisfactionem, *e. Licet 47. in verbo proprio juramento, sup. De resib.* Ut videatur per alium suppleri non posse, etiam ex speciali mandato, cum agitur de veritate facti, quæ per alium non rectè exhibetur circa factum alienum, etiam si iuret in animam *Doraini.* Hinc hæres, à quo petitur ex causa defuncti, non cogitur jurare, cum habeat justam causam ignorantiam, licet ab eo agente rectè juramentum exigatur, cum non nisi rectè bene explorata experiri debeat *l. Qui in alterius 42. De R. l.* Atque ita possit videri in hoc juramento genere non admitti ejus præstationem per procuratorem, quod agatur de acquirenda veritate alicujus facti; ut videatur opus præsentia ejus: de cujus scientia vel facto queritur. Videri tamen *Felin. in d. e. Licet 47. nu. 1. & Covar. De pactis p. 1. §. 5. nu. 18.* velle, per procuratorem præstari posse, nisi lex requirat; in propria persona præstetur, quod & tenet *Abbas, d. e. 47. nu. 6.* ut non sufficiat speciale mandatum. Si tamen procurator vel defensor juraverit ex delato sibi juramento, res ea domino proderit, eique competet exceptio & actio saltem utilis, *l. Nam postea 9. §. pen. & l. fin. §. pen. D. h. i.*

38 **Materia hujus juramenti sunt causæ civiles;** nisi sint tales, de quibus pacisci non licet, quod jus commune exderetur, *l. 7. §. & generaliter D. De pactis.* In necessario requiruntur dubiæ causæ, ut deferatur, *l. Admonendi 31. D. h. i.* quales non tantum sunt, quando utrimque plene probatum, ut iudex nesciat quo se inclinet, sed etiam quando probatio ab una parte est semiplena. Est enim hoc juramentum in supplementum defectus probationum adhiberi solitum, *l. 3. C. h. i.* Cui autem deferat iudex, cujus arbitrio, juxta causæ circum-

- stantias, est relictum. * In criminalibus non est deferendum hoc iuramentum, cum non sit dānandus reus criminis, nisi ex clarissimis probationibus, *l. fin. C. De probat.* & quod ex iuramento actoris reo pœnam inferri sit datum, qui potius in dubio absolvendus; reo vero deficiente iuramentum non sit extra periculum perjurii. Purgationis tamen iuramentum solet à reo exigi iure Canonico, in casu, quo suspicione aliqua gravatur, *c. fin. in fine h. t.* qua de re infra latius, *ad tit. De purgat. Canon.*
- 40 Denique iuramenti huius vis non est minor, quam rei iudicatae & transactionis, cuius speciem continet, *l. 2. D. h. t.* Valet ad exceptionem ei, qui iuravit se non debere, ad actionem ei qui iuravit sibi deberi, saltem iure Prætorio, *Insist. De actionib. §. item si quis postulante.* Et ita firmum est, ut retractari nequeat, *l. i. C. h. t.* nec rescindatur per nova instrumenta postea reperta, nisi sine suppressa dolo malo per adversarium, *l. Sub pretextu 19. C. De transact.* idque propter vim transactionis, quæ subest. * Excipe iuramentum necessarium, quod non continet causam transactionis; neque enim tam defertur ex arbitrio partium, quam, parte invitā, à iudice, in supplementum probationis. Excipe & iuramentum appositum relictis testamento; non visis tabulis, quæ postea reperta perjurium detegunt, *l. fin. C. h. t.* quod non sponte, sed coactè sit delatum iuramentum, non apparente testamento, super cujus controversia non transigitur sine iudice, qui non potest inquirere veritatem, nisi visis tabulis.
- 42 Perjurium detectum postea non dabit repetitionem deferenti, propter vim transactionis, saltem de iure civili, cum eo non quaratur, an sit debitum, sed an iuratum, *d. §. item si quis. iure Canonico* obligatur perjurus ad restitutionem, cum suo perjurio alteri dampnum dederit, & is, qui detulit, non alias remiserit, quod prætendebat, aut dederit, quod petebatur, nisi quatenus veritas responderet adfectioni iurate, quæ cum deficiat, inique dampnum datum rescindendum ab eo, qui dedit, juxta ea quæ inferius dicentur, *tit. De injur. & damno dato.*
- 43 Promissorium iuramentum (de quo hoc Tit. pleniusque in locis agitur) futuris apponi-

tur in contractuum confirmationem: & frequentius est in promissione fidelitatis, quam debet vasallus domino, etiam Clericus laico, quatenus quid temporale ab eo possidet, *c. Nemo 30. h. t.*

Necesse & in hoc tres supradicti comites concurrat, Oportet enim adit Veritas, cum debeat jurans habere propositum implendi id, quod jurat, illudque implere iudicium item, est prudens & debita consideratio; & Iustitia, et parte materia, quæ sit possibilis & honesta. In honesta & impossibilia non ponunt materiam iuramenti, quia foret vinculum iniquitatis contra extum in *c. Quanto 18. h. t.* Hinc illicita sunt iuramenta, quæ tertio nociva, quales est, quod superiori præjudicat, *c. Venientes 19. h. t.* & quod præstitum contra utilitatem Ecclesie, *c. Sicut 27. h. t.* Illicita sunt & circa actus illos, qui non possunt sine peccato servari à jurante, Sic illicitum habetur iuramentum Moysi clausum abjurantis, *c. Sicut 13. h. t.* Quod omnino procedit, quando subest peccatum mortale, ex decisione *c. Cum contingat 28. h. t.*

Quæritur autem, An peccatum veniale, quod subest, faciat iuramentum illicitum? Respondeo, ita habere communem sententiam, fundatum in *d. c. 18.* in quo dicitur, illicitum iuramentum non esse servandum, ex ratione supra dicta, & regula in *c. Non est, 82. De R. l. in 6. ubi* dicitur, non esse obligatorum contra bonos mores præstitum iuramentum. Actus autem includens peccatum veniale est contra bonos mores, ponitque malitiam, atque ita circa illud dicendum, illicitum esse iuramentum, nec servandum, *can. In malis & passim xxii. q. 4. Covarr. De pactis p. 5. §. 6. nu. 16. Suarez lib. 2. De iuram. c. 15.*

Non obstat, quod *c. Si vero & d. e. Cum contingat 28. h. t. & c. 2. De pactis in 6.* loquatur, de iuramento servando, quod non vergit in detrimentum animæ jurantis: nam & hic actus vergit in detrimentum animæ; cum peccatum veniale, licet non per se & immediate privet hominem vitâ æternâ, disponat tamen de se ad mortale, & reddat hominem inhabilem ad perfectum Dei amorem: ut temerè dicatur non vergere in detrimentum salutis æternæ.

Magis obstat videretur *c. Cum quidam 12. §. 1.*

ibi verò h. s. ubi dicitur aliquis absolvendus à juramento, quod erat illicitum, scilicet contra humanitatis officium, ut non loqui patri vel matri, fratri vel sorori, ut necessario videatur præsupponi valor juramenti. Quæra textum non rectè inter lexis, cum aliquibus, in casu, quo juramentum tale est obligatorium, de re quippe bona, cum textus ipse ponat illicitum, & poenitentiam vellet injungi; ut rectè eam interpretationem recipiat. Covarr. *d. loco p. 2. in princ. nu. 19.* Quo modo nec rectè, cum *Glossa ibid.* & Abbate, *in fine*, acciperis de absoluteione ad cautelam; nam illa addibetur in casu, quo vinculum est dubium & rationabiliter temetur: hic autem ex textu patet esse certum. Interpretatio Covarr. *d. loco*, (s) absoluteionem ibi referendam esse ad peccatum, non etiam ad juramentum, quod est nullum, non convenit verbis textus, in quo absoluteio refertur ad observantiam juramenti: ut ista interpretatio videatur violenta. Magis congruere videatur, si dicatur verbum *absolvendus* accipi ibi de absoluteione declarativa nullitatis, non etiam pro dissolutiva vinculi, quod nullum fuit; qualem absoluteionem facti vocat Abbas *in d. c. 12. in fine*, qui modus loquendi non est in jure novus, ut patet ex *can. Audi vimus xxiv qu. 1.*

48 Q. II. An actus indifferens sit materia juramenti? R. Si subit honestus finis, vel proximi utilitas, tenet juramentum; cum talis actus spectet ad opus virtutis, super quo præstitum juramentum ponit obligationem: alias actum talem fore otiosum, super quo juramentum factum est temerarium, atque ita non obligatorium. Navarr. *in Summa c. 12. nu. 12.*

49 Q. III. An juramentum de non mutando, non fide jubendo, sit obligatorium? R. Negate Abbas *in c. Si verò 8. num. 5. h. t.* quasi sit contra caritatem, quem sequitur Covarr. *d. p. 1. s. 6. nu. 18.* Aliis è contra videri obligatorium, quod non sit de re illicita, nisi aliud ex gat necessitas proximi. Oldrad. *Consil. 90.* Dicendum, tale juramentum, si fiat in gratiam tertii, cui ex ipsius violatione generaretur incommodum, omnino servandum esse, *per text. in d. c. 28. h. t.* Quod & dicendum, si subit periculum proprii incommodi. Alias necessitas & incommodum temporale pro-

ximi, quod ex observatione ille incurreret, faciet non esse obligatorium absolute factum juramentum, quod repugnet caritati proximo debita, secundum primam opinionem. Vid. Suarez *lib. 2. De juram. c. 17. nu. 11. & Sanchez, in Decal. lib. 3. c. 9. nu. 13.*

Q. IV. Quid dicendum de juramento im-peditivo majoris boni? Possit videri non valere, argumento voti, quod, ut dicitur *infra ad tit. De voto*, non tenet, si sit impletivum majoris boni; ex ratione, quod commutatio propositum vel promissum in melius, non dicitur illud infringere, *c. 3. h. t.* Verius tamen, tale juramentum factum homini simpliciter, obligare ad sui observantiam, nec posse in melius commutari, cum nocimento ejus, cui factum, ipso invito. Nam per hujusmodi promissionem acquiritur illi jus ad rem, quod invito non est eripiendum, etiam propter bonum Deo gratius: quod hoc in casu non esse Deo gratius, facit promissio alteri facta, cui detrectare promissum esset contra justitiam, atque ita Deo ingratum. Non obstat argumentum sumptum à voto, quia illud fit Deo, cui gratius omnino est melius bonum, imo minus non censetur acceptasse, ad exclusionem majoris. Quod & idem dicendum de juramento, si Deo factum sit: hic autem agimus de eo, quod factum est homini, cui jus quaesitum ad rem promissam, licet impletivam melioris boni, qui ideo non cogitur cedere jure quaesito. Ut Reg. Non frangit fidem, qui in melius commutat, rectè quidem respectu Dei procedat; respectu verò hominis non alias, quàm quatenus sine ejus præjudicio sit commutatio, quæ sæpè continet ejus detrimentum. Vid. Suarez *d. l. 2. c. 12.* Patitur tamen hoc exceptionem ex statu perfectiore, quem non impedit juramentum etiam homini factum, quatenus id non compatitur. Hinc qui juravit ducere aliquam in uxorem, non impeditur ideo ingredi Religionem, ut colligi poterit ex iis quæ dicuntur *ad tit. De sponsalib. c. De conversis conjugat.*

Q. V. An valeat juramentum de non accusando uxorem super crimine? R. Duplicem casum hujus juramenti proponi ab Innoc. Ita *c. Quemadmodum 25. §. illud hoc sit.* Prior est, quando jurat maritus, quod non accusabit uxorem super ullo crimine, alter, quod non

non accusabit super adulterio. Decidit autem, juramentum in priori casu esse temerarium, & non obligare, saltem in tota sua universalitate, quod sunt casus, in quibus accusatio est præcepta, ut in casu infidelitatis, de quo *d. s. illud*, aut omisso ejus est impeditiva melioris boni, secundum dicta paulò superius, Servandum tamen & hoc videri, in casibus, quibus nihil est vitii omissioni, nec subest impedimentum boni melioris; ne utile per inutile vicietur, cum servandum sit juramentum, quatenus servari potest. * In posteriori casu posset etiam videri, non esse obligatorium juramentum, quod omittens accusationem videatur patronus turpitudinis suæ uxoris, celans ejus crimen, ut habet text. in *d. c. 25. §. fin. Et c. i. vir inf. De adult.*, eamque invitare ad adulterandum, promissâ quasi spe impunitatis, præcipue si ante delictum juramentum hoc sit præstitum, *l. Si unus §. pæna D. De pænis*. Rescripsit tamen Pont. *d. s. illud*, istis non obstantibus, rarius esse, propter juramentum, vir desinat accusare uxorem, non tantum in casu, quo delicto jam commissio juravit, quo minus difficultatis habet, quod non videatur contra bonos mores esse, delictum, & injuriam ex eo acceptam, remittere, imo sit opus misericordiæ, & non cogatur quis injuriam vindicare, emendatâ jam muliere. Imo videtur & textus iste loqui de muliere non emendata, cum dicat eam debere agere poenitentiam, & de juramento præstito ante delictum commissum, cum in prima parte istius *§. illud* loquatur Pont. de delictis committendis, ut ex verbis patet, & in posteriori non distinguat. Nec obstabit ratio jam mota, eo quod sufficienter censetur Pont. obviari licentiæ peccandi per facultatem denunciandi, ad agendam poenitentiam, quæ salva est marito, non exclusâ per juramentum. Si denuntiatio non prosit, accusatio erit licita viro; imo necessaria, tum ad poenitentiam uxoris, tum ita requirente decencia & honestate viri, ac scandalo, quod tollendum: faciunt enim hæc juramento tali deesse honestas conditiones, ut obligare cesset. Innoc. *d. c. 25. in fine*. Præterea non simpliciter Pont. negat uxorem accusari posse, sed tantum ad divortium celebrandum, & sic ad privatum commodum: ut videatur viro non esse ablata licentiæ ac-

cusandi criminaliter, ad vindictam publicam, ita bono publico postulante, cui juramento nemo præjudicat. Vid. Suarez *d. lib. 2. c. 17. nu. 14.*

Q. VI. An valeat juramentum de usuris solvendi ratione mutui? R. Posse videri non valere. Primum, quod promissio ista sit invalida, ut pote Canonibus prohibita, *in §. De usuris*, ut nec juramentum adjectum videtur valere, *l. Non dubium C. De legib.* quia illud sequitur actus, cui adjungitur, naturam, *l. fin. Cod. De non numer. pecunia*. Secundo, quod videtur non posse servari sine peccato, cum solvens videatur consentire & cooperari delicto alterius, scilicet recipiendi usuras. Contra tamen receptum est, *c. 6. h. t.*, teneri scilicet juramentum Domino reddere juramentum, id est secundum juramentum solvere usuras: non quod patrii juris accesserit, sed ne nomen Domini in vanum adimpluisse videatur jurans, in cuius reverentiam jubetur illud observare. Et hoc non ad petitionem patris, sed ex officio judicis, ad vitandum peccandum ipsius jurantis: & ita accipiendum verbum *cogendi sunt*, nisi velit, & videtur aut relaxationem obtinere, aut usurarium per competentem judicem compellere, ut juramentum remittat, cum ex parte ejus committitur iniquitatem, *c. 2. h. t.*

Unde non obstat prius argumentum, cum Deo quaesita obligatio reddatur. Non obstat etiam posterius, quia solvens usuras juramento promissas non peccat, cum non det usurario peccandi occasionem, quam ille ex propria malitia arripit; petens enim mutuum malitè illud gratis accipere. Et quamvis peccet mutans, tamen petenti mutuum licet uti ejus peccato ad bonum finem, ad suum scilicet bonum, id est ad succurrendum propriæ necessitati, aut utilitati, cui alias commode subveniri non potest, & quam communiter requirunt, ut sit licitum hoc juramentum. Nam ejus defectus faceret petentem mutuum ab usurario non esse immunem à peccato, cuiusne causa exculpante cooperaretur. Facit etiam que causa, quæ subest, juramentum illud continere actum virtutis, scilicet caritatis propriæ ex parte jurantis, atque ita ex ejus parte esse obligatorium. Et licet accipere usuras sit prohibitum, cum nulla causa acceptationem

salvare possit, solutio tamen salvatur ex causa, quæ sub. It. Satis autem est, expletum esse juramentum per solutionem, ut non impediatur solutas uluras repetere solvens, tamquam indebitas, aut ex turpi causa respectu accipientis solutas: quia quando exactio juramenti est turpis, respectu petentis, satis est expleri illud ex parte jurantis per traditionem rei promissæ; statimque repeti potest, cum non sit causa, ob quam maneat penes accipientem, cui, ut dictum, nullum jus quaesitum. Vid. Suarez *d. lib. 2. c. 9. §. c. 27. nu. 5.*

54 Q. VII. Quid si juramentum contineat clausulam de non repetendo? R. Videri, non posse repeti, ut colligitur argumento à contrario ex textu in *c. 4. sup. De his quæ vi metusve causæ*, ubi non obstat juramentum ad resignandum, quominus repetat, si non etiam interpositum ad non repetendum. Et facit quod nec ea res contineat salutis periculum in jurante, qui juri suo renuntiare potest, *c. Si verus. h. t.* atque ita servare juramentum, cum tantum jus ejus concernat. Obstat, quod tale juramentum videatur vergere in detrimentum alterius, scilicet mutuantis, apud quem manebit res illi non debita, cum gravamine conscientia. Verum illi occurratur, quod, ut juramentum de non accusando uxorem super adulterio admittit tamen denuntiationem, ita & hoc juramentum de non repetendo admittet denuntiationem, non tam in commodum jurantis, cui renuntiatum, uti potuit, nisi prius relaxetur, quam ipsius accipientis, ut liberetur à statu peccati per restitutionem rei malè acceptæ; quod secundario rectè intenditur cum emendatione.

55 Q. VIII. Quid si fuerit exactum juramentum de non petenda relaxatione? R. Esse, qui voluit, tale juramentum non esse obligatorium, propter iniquitatem, quam continet, impediendo jus superioris, & cooperando peccato alterius. Felin. in *c. Constitutus n. 9. 14. sup. De rescriptis*. Verum non agitur de jure superioris, sed tantum de facto jurantis, non petitori relaxationem, ut possit videri obligatorium; non tamen ita, ut absolutionem ab hoc juramento petendi non sit salva licentia juranti, aut coram superiore factum proponendi, & ab illo petendi remedium. Secus tamen via est petendi relaxationem à tali juramento, quia

hoc remedium nunquam excluditur. Covarr. *De pactis p. 2. §. 3. nu. 2. Suarez d. lib. 2. c. 9.*

56 Q. IX. An pacto aut legi commissoria in pignoribus additum juramentum sit servandum? R. Eandem esse hujus quaestionis resolutionem, quæ de uluris solvendis, scilicet servandum quidem esse, quia servari potest sine detrimento animæ jurantis; non tamen aliquod jus à cedere ipsi creditori, sed eum nihilominus teneri, ad libitum debitoris, fructus restituere, aut eos in sortem computare, secundum ea, quæ dicta de restitutione usurarum, quibus hoc pactum est simile. Nihil obstat juramento, cui satisfecit jurans, permittereodo fructus ex re cedere creditori, ut postea eos alia ex causa repetat, propterea quod sine causa sit apud creditorem.

57 Q. X. An teneat juramentum posterius contra prius, cui contrarium? R. Si prius sit licitum & honestum, non posse obligare posterius ei contrarium, propter materiam defectum, quæ mala est. Nam cum juramenti vis de se sit æqualis, si præcedens obligationem induxit, ea non poterit per subsequens juramentum infirmari. Facit eo textus in *c. Sicut 22. inf. De sponsalibus*, ubi subsequens juramentum super sponsalibus cum Titia non solvit prius super sponsalibus cum Maria, quod sit de re iniqua. Dico, si prius sit licitum; nam alias pravalebit posterius, ut in *c. Tuanos 24. h. t.* Idem dicendum, si præcesserit nuda & simplex promissio, obligationem in conscientia ponens; nam & hanc subsequens juramentum non potest dici constitui super materia bona, sed potius mala, quod & priori promissioni honestè contraveniens, peccato involvatur. Suarez *d. lib. 2. c. 19. Sanchez in Decal. lib. 3. c. 17. nu. 18.*

58 Q. XI. An saltem actus posterior contra prius juramentum teneat? R. Ex vi juramenti actum subsequentem irritum fieri non posse, si dependeat ex voluntate agentis, uti est revocatio procuratoris, contractus matrimonii qui actus, & similes, etiam postquam promissione jurata de non revocando, de non ducendo aliam, valent, tamen si procurator revocetur, aut alia ducatur, cum consummatio actus contrarii præsupponat quidem pravitatem, propter prius juramentum, non cadat

dat tamen in actum, ut malus est, sed in effectu eius, qui bonus est. Sic si juravi non donare, aut donare certam rem Titio, si eam possidet doMavio pecco quidem, tenet tamen donatio, & alteri jus est quæsitum, propterea quod ea res pendeat ex voluntate jurantis, lege non impedita: ut prius juramentum prohibeat quidem fieri, non tamen actum contrarium lititer, cum tollat libertatem faciendi, non etiam simpliciter potestatem. Secus est, si non pendeat actus à voluntate agentis, sed jure sit invalidus: nam cum ex solo juramento vim accipiat, quod est inutile ratione prioris, non est, cur actus posterior valere possit. Covarr. *d. p. 2. §. 2. nu. 3.* Sanchez *d. c. 17. nu. 19.* Azor. *Instit. Moral. p. 1. lib. 10. c. 5. qu. 3.*

Q. XII. Quid si mulier juraverit non alienare fundum dotalem, an subsequens alienatio, subjuncto juramento de ea non revocanda, revocari queat? R. Posse hoc videri, quod talis promissio ex vi juris sit invalida, & ex voluntate jurantis non possit reddi valida, propter prius juramentum, quod facit posterius non posse servari sine dispendio salutis æternæ. Covarr. *d. §. 2. nu. 2 ubi alios citat.* Videtur tamen contraria opinio habere probabilitatem, eo quod posterus juramentum ex parte materiæ non sit illicitum, nec priori contrarium. Prius enim tantum agit de non alienando, posterius autem de non revocanda alienatione jam facta: quod non est contrarium priori, cum non addat in promissionem non alienandi, sed in promissionem non revocandi jam factam alienationem, atque ita non versetur circa idem; quod necesse est, ut ponatur contrarium alteri. Nec licet, quod alienatio contra prius juramentum sit mali; nam & mala est etiam sine juramento. Sustinendum tamen juramentum de ea non retractanda, quod, secundum dicta, nihil continet iniqui ex parte materiæ, sive non sit de re, quæ sine peccato impleri non potest, cum juramentum prius lege conformiter non sit fortius ipsa lege. Gomez, *ad L. 13. Tauri nu. 58.* Limitanda tamen posterior opinio; Primo, nisi per prius juramentum sit alteri jus quæsitum, quod ei non potest eripi per secundum, *c. 2. De pactis in 6. c. Cum contingat 28. h. 2.* ubi dicitur juramentum non posse vergere in præjudicium tertii. Secundo, nisi alter, cum

quo contractus inicitur, sit conscius publici juramenti: non quod scientia ponat illicitum ex parte materiæ proximè juratæ, sed quod ponat turpitudinem ex parte ejus, cui juratur; cujus licet turpitudinem non inspicatur in juramenti valorem, *arg. d. c. 6. sed tantum prius jurantis, dabit tamen facilem relaxationem.* Vid. Suarez *d. lib. 2. c. 30.* Sanchez *d. lib. 2. c. 12. nu. in lib. 37. & De matrim. 6. Disp. 11. §. 4. §.*

Q. XIII. An teneat juramentum super alio prohibito lege humana, eumque confirmari. Non videtur valere, si actus absolute per legem sit prohibitus, cum habeatur malus, ac proinde non ponat materiam, cui accedat juramentum. Ut appositum nihil operetur, cum non possit eximere hominem ab obligatione justæ legis. Quod omnino procedit in lege respiciente bonum commune, cui nullus privatus recedere potest, *l. Jus publicum D. De pactis, c. Si aliqui genti sup. De foro compet.* Deinde peccatum illicitum in præjudicium boni publici & communis, & renuntiare juri alieno: ut juramentum, quod in tali materia versatur, sit iniquum, atque ita non observandum, ac proinde non possit actum confirmare. Idem est, si agatur de præjudicio tertii privati, quia & ea res continet iniquitatem, & ponit in probum juramentum, *d. c. 28. h. 2.* Vid. Suarez *d. lib. 2. c. 26. & De Legib. lib. 5. c. 23.* Sanchez *in Decal. d. lib. 3. c. 1. nu. 42.*

Q. XIV. Quid in casu, quo lex prohibet actum, respicit tantum jus privatum: R. Multorum esse sententiam; ejusmodi actum juramento confirmari: quæ tamen non videtur universali ter procedere, sed distinctione tendendum inter pacta reprobata per legem in favorem debitoris, & inter ea, quæ reprobata in odium creditoris, propter ejus turpitudinem. Nam posteriori casu certum est non confirmari actum ipsum, licet juramentum adjectum sit servandum, si sine peccato servari possit; uti dictum paulo ante de jurata promissione usurarum, & de jurato pacto commissorio in pignoribus, quale juramentum per se tantum stat, & obligat jurantem tantum obligatione ad religionem pertinente. Ut tantum sit faciendum; quod est juratum nec sit necessarium confirmari contractum, qui

hoc habere potest confirmationem ex vi juramenti, nec ex admisculo legis, cum neutrum intendat fovere turpitudinem creditore.

Q. XV. An actus in favorem debitoris lege prohibitus firmetur juramento? R. Esse, qui putat nec jure civili confirmari contractum, nec esse juramentum servandum, per l. Non dubium Cod. De legib. l. 7. §. Et generaliter D. De pactis. ubi juramenta remota à jure communi dicuntur non servanda, l. Si quis pro eo, D. De fidejussorib. ubi non tenere juramentum patet ex eo, quod fidejussor datus non tenetur, qui tamen foret liber, si juramentum obligaret ipsum principalem; jure verò Canonico tale pactum servandum esse, & confirmari juramento, per text. in c. Quamvis De pactis in 6. & d. cap. 28. ubi præcipitur tale juramentum servari, si non vergat in detrimentum animæ jurantis, nec in præjudicium alterius, Barbosa ad l. p. 1. nu. 71. D. Solutio matrimonii. Sunt tamen, qui nullam differentiam ponunt inter jus Canonicum & Civile, sed utroque non tam contractum confirmari vellet directo & formaliter, quam indirectè, & saltem quoad effectum. Est juramentum non cadat immediate in contractum, sed in promissionem illi conjunctam, eamque confirmet, ut non prohibitam à jure, licet contractus ipse sit prohibitus. Sic inhibita quidem alienatio rei dotalis, non tamen inhibita mulieri non contravenire; hoc enim lex arbitrio relinquit mulieris, quæ ei renuntiando per juramentum, tenetur observare. Et ita accipiendum d. c. Quamvis Et Auth. Sacramenta Cod. Si ad versus vendit. in V. super contractibus rerum suarum non retractandis. Nec facit quod d. c. 28. dicatur mulieris consensus non obligatorius in talibus, secundum legitimas sanctiones; nam hoc accipiendum de ipso alienationis contractu, non etiam de pacto de non contraveniendo, cum lex non cogat mulierem ad revocandam rem alienatam, nec peccato eam obnoxiam faciat, repetendo; sed velit tantum ejus consensum in alienationem non officere, quo minus actionem in rem exer eat, Auth. Sive à me C. Ad S. C. Felician. Ad d. l. Non dubium respondent, illam loqui de ipso contractu in se, non etiam de promissione non contraveniendi illi conjun-

ta. Quo modo & loquitur d. §. Et generaliter. Volunt tamen communiter, contractum in privatum commodum prohibitum per leges civiles jure Canonico confirmari, si non sit contra bonos mores naturales.

Q. XVI. An juramentum metu extortum sit servandum? R. Non esse questionem de metu sine injuria illato, cum pro certo habeatur, tale esse servandum, quod obligatio, cui accedit juramentum, sit voluntaria simpliciter & obliget, l. 3. §. 1. l. Si mulier 12. in princ. D. Quod met. causa gest. erit; ut non obstat metus, quo minus juramentum teneat: sed tantum esse questionem de metu per injuriam illato, Nam Abbas in d. cap. 28. nu. 7. dicit, non obligare juramentum tali metu extortum super actu per legem prohibito. Contractum tamen receptus, scilicet servandum esse juramentum, si sit super materia capaci, & honestè impleri possit. Quod probatur, cap. Si vero 8. cap. Verum 15. hoc tit. cap. Abbas 2. Et cap. 4. sup. De his que vi metus, caus. ubi per metum injuria illatum juramento confirmata dicuntur irritanda, non etiam irrita esse; ut præsupponenda sit obligatio: & ita tenet Covarr. ad 4. Decret. p. 2. cap. 3. §. 5. nu. 2. post alios, quos ibi dicitur quibus add. Mach. de Afflictis Decis. 268. Suarez. De juram. 2. cap. 10. Sanchez. in Decal. lib. 3. c. 11. nu. 13. Ratio est, quod nec metus solus, nec sola injuria, nec utrumque simul auferat intentionem & voluntatem obligandi, cum coacta voluntas sit voluntas, & injuria nihil conferat ad minuendum voluntarium: ut non obstante metu injurioso sit verum juramentum, quod consequitur sua obligatio.

Non obstat textus in cap. 2. hoc tit. ubi dicitur nullis juramenti vinculis constringi, qui metu coactus juravit: nam dicendum, illis verbis non significati, juramentum illud non obligasse, sed ita non obligasse, quin jurare coactus justam habeat petendæ absolutionis causam, quæ & in isto textu indulgetur.

Nec rectè objicitur, votum metu justo emissum non obligare; ut nec matrimonium metu justo contractum tenere: nam hoc est propter summam eorum libertatem, quam

visum Ecclesie in istis permittere, propter staturus perpetuitatem, in quo coactio difficile causaret exitus.

Itaque juramentum servandum, si possit honeste servari, ex parte jurantis saltem, uti dictum de usuris solvendis.

Sic & qui laetoni jurato quid dare promisit pro dimissione, tenetur: nam licet per injuriam coactus sit promittere & jurare, juravit tamen, & quod juravit servare potest sine animae detrimendo, proinde cogitur Domino reddere juramentum. * Hinc & relaxatus e carcere sub juramento de redeundo, tenetur redire, non tantum, si carcer sit justus, & justa timeatur poena mortis: quia res justa est promissa juramento, quod ideo servandum: sed etiam si injustus sit carcer, aut injusta timeatur mors, cum non vergat in animae dispendium talis juramenti observatio: imo contineat opus virtutis, ejus vero omnino deceptionem. Nec obstat, quod se offerre morti sit malum, cum subinde liceat ex justa causa, quam hic ponit juramentum. Contrarium multis tenet Covarr. alios citans, *Var. Resol. cap. 2. nu. 7. Navar. similiter alios allegans in Summa cap. 12. nu. 8. Suarez. d. cap. 10. nu. 10. Sanchez. d. cap. 11. n. 25.* Quorum opinio potest procedere, quando periculum non fuit pravissimum, aut cogitarum: facit enim ignorantia non subesse animum jurandi, atque deficere conditionem, quae subest, scilicet si sine periculo redire possit. Et licet etiam coactus periculi jurasset, tamen non spectandum, quid fuisset juraturus, sed quid & quatenus juraverit. Uti nec facit, quod, nisi jurasset reditum, in eodem fuisset periculo, quia lapsus est, quod non juraverit se reditum cum illo periculo. Vid. Malder, *De just. & relig. Tract. 10. c. 6. Dubio 6.*

Q. XVII. An juramentum dolose extortum inducat obligationem? R. Dolum circa rei substantiam irritum ponere contractum. Ratio non est in injuria, quae in extorquendo juramento intervenit: nam ista nihil facit ad invalidandum juramentum: sed in defectu voluntarii consensus, quem ponit dolus. Circa causam vero extrinsecam moventem ad jurandum, sive circa qualitatem accidentariam rei juratae, non irritare, cum non auferat consentium circa rem principalem. De errore

idem est judicium, scilicet quod non obligat quando est circa rei substantiam, quia per se cognitum, ad quod non extoritur juramentum aut obligatio ex eo: cum error factus non fuisset jurantis intentionem, comprehendentem aliam sub sua promissione, quam promissam sive intentam. Neque sufficit in generali esse intentionem jurandi, cum debeat esse particulari.

Videtur d. C. is obstat, quod in *Auth. de sacramentis puberum Cod. Si adversus veritatem in e. Quamvis de pactis in 6. & d. e. 2. h. r. compertur dolus & metus; ut, si ille factus non tenet juramentum, idem de hoc sit dicendum ejus tamen contrarium paulo ante probatum. Sed dicendum, non acquiritur libellum & metum quoad totale impedimentum, sed tantum quoad effectum, habita propositione impedimenti ex parte consensus: quia dolus quidem totum auferret, causans simpliciter involuntarium, atque ita ipsius momenti effectum omnino impediens; metus vero causat quidem involuntarium, sed enudum quid tantum: relinquit enim libellum consentium, cum neque tollat cognitionem ex parte intellectus, neque ex parte voluntatis illam cogat, sed potius inclinet ad consentiendum in aliquid: quia tamen libellus metu nollet is, cui infertur, deturritur absolutio. Vid. Suarez, *d. lib. 2. c. 11. & Sanchez. d. c. 11. nu. 37.**

Q. XVIII. An enormissima laesio, quae fuerat tempore praestiti juramenti, facit, ut contravenire possit? R. Ita aliquos tenent, quos citat Gutierrez. *add. Auth. Sacramenta nu. 96.* propter dolum in re, qui subest: verum tamen & securiorem in animi judicio de sententiam contrariam, scilicet eam non posse contravenire juramento ante pernam absolutioem, quod dolus talis non auferat consentium, sed deest justam causam pernam absolutioem, juxta *c. 1. h. t. Covarr. ad d. Quamvis p. 3. s. 4. nu. 5.*

Effectus juramenti, habentis supra dictam ab eo, qui praestitit, ut *passim h. t. & c. 1. & 3. sup. De pactis*: ubi pactum servari praecipitur, ut multo magis servandum sit juramentum, quod ponit firmissimam obligationem.

respectu Dei in testimonio vocati, ut violatio eius non fiat sine gravi peccato, si testis gravis.

69 Quæritur autem, An violatio juramenti super te levi ponatur reatum mortalem? R. Non esse questionem de juramento adfertorio, cum inter omnes conveniat, illius falsitatem ponere peccatum mortale, etiam posita materia levissima; quia Deum adducere in testem mendacii, est gravissima injuria, abstrahendo à quacunque materia, cujus levitas est accidentaria ad gravitatem malitiae juramenti, nec deminuit illa id, quod per se est in objecto perjurii, formalem scilicet in ordinationem inventam in tali materia, respectu talis peccati. Ut non obstat, quod de fuito obijci possit, quod veniale facit materia levitas; nam illa deminuit nocentum per acceptationem rei alienæ, in quo consistit peccatum. Quod & procedit in eo, qui falsum putans jurat, quod in se verum est, quia formaliter jurat falsum. Possit tamen à mortali excusari ex defectu plenæ deliberationis aut inadvertentiæ, qui esse potest tam exiguus, ut excuset saltem à mortali. Hæc ita quoad defectum veritatis. Defectus iudicii, modo adfit veritas sufficienter cognita, non potest semper mortale in jurante, cum levitas materiae faciat esse veniale tantum, neque enim adducitur Deus in testem falsitatis, & per talem invocationem non agitur contra aliquod Dei attributum, ut macula in eo non ponatur: & licet fiat quid contra auctoritatem Dei, unde peccatum aliquod est, non tamen destruitur ejus Majestas. Idem dicesendum de defectu iustitiæ, quia nec hic evacuat directè finem juramenti, nec facit Deum testem mendacii, sed ad summum testem rei indecentis, quæ res per se non ponit gravem injuriam. Vid. Suarez. 3. De Juram. c. 4. Sanchez. d. lib. 3. c. 4. num. 3. & 6. Azor. Instit. moral. p. 1. lib. 11. cap. 5. q. 3.

70 Major questio est, An violatio juramenti promissorii ex levitate materiae possit esse venialis? Resp. Ita velle Navar. in Manuali c. 22. n. 10. Et cap. 18. n. 7. argumento furti, injuriarum, & similibus, in quibus parvitas à mortali excusat: quem & alii sequuntur, dicentes, non implere promissum non esse semper

mortale ex parte materiae, modo à principio juramentum recta intentione sit emissum, ex ratione, quod non sit vocatus Deus in testem mendacii propter rectam intentionem jurantis, ut mentitus esse dicitur nequeat. Sed non adimplens promissum sub divina auctoritate infidelitatem committere censetur; quæ ut potest ex causa honestate extra vitium esse, ita etiam ratione parvitas materiae deminuit, quæ opinio est valde probabilis. Tutior tamen mihi videtur contraria, scilicet ex parte levitatis rei non excusari à mortali peccatum, quod, ut jam dictum, quantitas materiae non consistit ad augmentum aut diminutionem peccati, nisi quando ipsa materia est objectum immediatum & per se ipsius peccati, uti in furto & injuriis: hic autem non est materia res ipsa, sed ipsa adfertio, quatenus vera aut falsa, in cujus confirmationem Deus adductus: ad cujus reverentiam pertinet, jurans faciat id, quod juravit, qui alias gravis irreverentiæ notaretur, quia quantum in se est, faceret Deum esse testatum falsum. Covarr. 1. Variar. Resol. cap. 1. n. 2. qui in argumentum hujus opinionis adducit c. 6. h. t. in quo, qui juravit usuram solvere, cogitur Domino reddere juramentum; licet ea res habeat parum utilitatis, cum solutas condicere possit solvens, & accipiens teneatur eas restituere. Potest tamen causa excusans peccato subesse, propter tacitam conditionem, aut mutationem circa promissum: v. g. si quis juraverit se redditurum depositum gladium repenti, non tenetur eum reddere furioso postea facto aut ebrio, arg. l. Bona fides D. Depositi. Cicero lib. 3. de offic. Seneca 4. de benef. cap. 10.

Effectus itaque juramenti est, ut omnino servandum & implendum sit, etiam si non exigat is, cui juratum, quando nimirum absolutam ponit obligationem, v. luti, Juro, quod decem dabo Kalendis Martis: nisi actus promissus exactionem involvat, v. g. si quis juraverit se mutuum daturum Titio; intelligitur enim, si petierit.

71 Quæri hic potest, An juramento satisfiat compensando? R. Communem Canonistarum opinionem esse, non satisfieri, ut videre est ex

X 3 est ex

est ex Covarr. *De passis* p. 1. §. 4. n. 15. per text. in c. 7. h. 1. Contrariam tamen esse veritatem, nixam ratione, quod nil interfit; compenset quis, an solvat. l. 4. *D. de Compensat.* Paria enim sunt quoad effectum, l. *Si debitor D. Qui potiores in pig. hab.* ex paribus autem quid fiat nihil interfit. Nihil facit d. c. 7. quia tantum in genere dicit, non posse eo casu pignus repeti ante solutionem, ut non possit videri exclusam compensationem, cum Pontificis non sit alia mens, quam non posse repeti pignus ante satisfactionem, quæ contingit compensando: ibi autem necdum satisfactum, quia non constat tot fructus perceptos, qui sortem adæquant. Covarr. *d. loco.* Hæc ita, si simpliciter quis juravit solvere, nihil de reali traditione cogitans; nam aliàs non satisfaceret juramento per compensationem, quia diversa est à reali solutione, Vid. Suarez. *lib. 2. De Juram. c. 37. Sanch. d. lib. 3. c. 17. n. 15.*

73 Q. II. An jurans rem semel promissam commutare possit? R. Non posse, invito creditore: sequitur enim juramentum naturam contractus, cui subjungitur, qui est in specie adimplendus; ut non sit licentia debitori commutandi rem promissam in aliam etiam meliorem, l. 2. §. 1. *D. Si certum per.* neque enim jus alieni quaesitum auferendum. Facit, quod juramentum obliget ad id, quod juratum hoc autem non facit aliud agens, vel dans, licet æquivalens, aut melius, Dico, invito creditore; quia ex consensu ejus potest fieri commutatio, non solum in melius, sed & in minus potest enim quilibet sibi præjudicare. Vid. Gutierrez. *De Juram. p. 3. c. 6. Suar. lib. 3. c. 36.*

74 Q. III. An juramentum per Procuratorem præstitum obliget dominum? R. Certum esse hoc juramentum per procuratorem præstari posse, & non obligantem, sed eum, cujus nomine juratur, qui per alium agens ipse agere videtur. Quo facit, quod matrimonium rectè per alium jaceatur, obligetque ipsum mandantem, non etiam procuratorem, ut dicitur infra lib. IV. Opus est tamen speciali mandato, & jurandum in animam mandantis: nam si citra mandatum & in animam propriam quis juraverit, non alius quam jurans obligari posset. Ubi & opus est, non sit revocatum mandatum, tunc enim juramentum non teneret mandantem, modo revocatio ante ad

noticiam procuratoris pervenerit, aliàs obligaretur mandans, saltem in foro exteriori, excepto matrimonio, c. *fn. De procurat. in 6.* in quo non tenetur ad matrimonium complendum per procuratorem initum, quem ante pervenit mandati & consensus, licet mutatio non pervenerit ad noticiam procuratoris. Ratio est in libertate matrimonii.

Q. IV. An juramenti obligatio transeat ad heredes. R. Ad successorem ejus, cui juratum transire. Pro qua parte adducitur textus in *c. Juratis 14. h. 1.* & facit decisio *l. si pactum q. D. de passis*, ubi pactum cum aliquo factum intelligitur etiam pro herede factum: unde pro regula receptum, contrahentem non sibi tantum, sed etiam heredi cavisse censeri. Sic & juramentum fidelitatis præstitum domino feudi censetur & præstitum ejus successori. Ad successorem autem ejus, qui juravit, minime transit, habet communis resolutio, quod continet personale vinculum, ipsum jurantem duntaxat stringens, non etiam alium. Covarr. *De passis* p. 1. §. 3. n. 11. Ratio diversitatis est, quod postea casu sint plures distinctæ personæ, ut unus factum alterum non tangat, priori vero casu plures personæ sint objectum juramenti, quod ipse jurans intendit: nisi de contraria mente collecta, quod scilicet tantum personæ se adstringere voluerit, non heredi ejus. Licet autem non tenentur heredes jurantis ex ejus juramento, tenentur tamen ex ejus promissione, cum succedat in omne defuncti jus activè & passivè, l. *Ex contractibus 49. D. de obligat. & act.* Si tamen promissio sit valida, & alteri jus contulerit; nam aliàs per se spectata non tenebit heredem, ne quidem vi juramenti, cujus obligatio cum actore est finita.

Q. V. An actio ex juramento promissario detur? R. Verius esse, nec dari jure civili, quo juramentum non est modus inducendæ obligationis, nihil obstante *Nov. Leonis 72.* quia non recepta; nec jure Canonico, quod nulli ubi patet actionem dedisse. Nec facit, quod servari jussit, neque enim hoc tam per actionem quam per officium judicis Ecclesiastici, ad evitandum perjurii peccatum, c. *fn. de procurat. in 6.* quod tanto est gravius, quo sanctius est id, per quod temerè juratum. Vide de hoc plura *D. h. n. 26.*

Dicta de eff. & iuramenti procedunt, nisi materia promissa sit extincta, aut facta impossibilis, quia ad impossibilia nulla est obligatio; aut turpis, ex eadem ratione: si conditio, quae habet, etiam tacite non fuerit impleta, aut ei contrarium, quia non servanti conventa non est servandum iuramentum eo nomine praestitum.

75 Facit & partis, cui res promissa, remissio cessat eius obligationem, quia quisque iuri suo renuntiare potest. Nihil faciunt, quod in testimonium sit adductus Deus, hoc enim quatenus pars vult, cui res promissa credit: nam si alteri cedat, nihil operabitur remissio eius, cui factum iuramentum, veluti pauperi dare elemosynam, ingredi Religionem, cum non in gratiam eius, cui iuratur, sed texti Deus vocetur in testem, ut sine periculo nequeat contravenire iurans. Vide dicta D. h. t. num. 88.

79 Facit item relaxatio per superiorem (eius enim auctoritas semper censetur excepta, c. Veniens 19. h. t.) cessare iuramenti effectum. Tale esse summum Pont. extra dubium est. Idem etiam competit Episcopis, & habentibus Episcopalem iurisdictionem. Covarr. De pactis p. 1. s. 3. n. 14. Inferioribus non competit ea potestas, nisi forte tamquam Confessoribus vi Bullae aut privilegii, quatenus non subest tertii praesudicium. Videtur autem requiri causa, ut laesio, gravis metus, c. Si verò 8. h. t.

80 Ubi quaesitum, An potestas civilis sive temporalis possit iuramenta relaxare? R. Negare hoc Covarr. d. loco n. 22. ex ratione, quod iuramentum ponat vinculum spirituale, cuius relaxatio spectat ad actum spiritualis potestatis, non etiam civilis, quae se non immiscet spiritualibus, c. In de foro compos. in 6. Dicit tamen potest, Principem posse relaxare iuramentum praestitum alteri homini. Probatum ex eo quod privatus homo, cui est iuratum, possit illud relaxare & remittere: ut etiam Princeps posse debeat, ubi causa concurrat, quae facit Principem etiam posse alteri ius suum extirpare. Et hoc, quando agitur de relaxatione per modum condonationis, quae fit ex parte hominis, cui facta promissio; non si agatur de relaxatione, quae fit ex parte Dei, quae spectat ad spiritualem potestatem. Vid. Barbosa ad l. Titia 35. D. Solutio maritim. Sua-

rez. De iuram. lib. 2. c. 38. n. 6. & c. 41. n. 14. & 17.

Iuratio iuramenti spectat ad eos, qui habent iurantes subiectos suae potestati aut gubernationi, ut sunt parentes, mariti, Praelati regulares, quibus etiam competit ius irritandi vota suorum, quatenus iis praesudicant, ut dicitur infra; iur. de voto. Haec ita de iuramento promissorio. Ab assertorio non potest absolutio peti aut dari, quia parti ius est quaesitum, cui per absolutionem aut relaxationem iniuria fieret.

82 Quatenus ad interpretationem iuramenti, illa facienda potissimum secundum naturam actus cui adiungitur, l. fin. Cod. De non num. pec. Iuramentum enim ex se non mutat vel auget naturalem obligationem actus, sed tantum illi addit religionis vinculum, quatenus actus natura non est exclusus, ut in c. ex rescripto 9. h. t. ubi mulier, quae iurato fidei iussit, non potest uti beneficio S. C. Velleiani, quod istud non compatiatur iuramenti vinculum, quae de re videatur Covarr. De pactis p. 2. s. n. 8.

83 Strictè autem interpretandum iuramentum; non obstante, quod concernat favorem religionis: nam cum haec obligatio pendeat ex voluntate iurantis, verosimilius est eum voluisse se quam minimum se obligare. Talis enim interpretatio sumi solet, quando agitur de inducenda obligatione, Abbas in c. cum Clerici in fine inf. de verb. signif. Quod facit decisio c. pen. h. t. & c. 1. eod. in 6. ubi iuramenti de servandis statutis ea sit interpretatio ut non extendatur ad ea, quae postea sunt statuta. Vid. Suares. De iuram. lib. 1. c. 11. n. 17.

Habet & iuramentum eam interpretationem, si res in eo statu maneat, c. Quomodo modum 13. h. t. Accipiendum item iuxta verosimilem mentem iurantis, prout propria & communis fert significatio verborum.

84 Unde quaesitum, An iuramentum dolosum vel simulatum inducat obligationem; Resp. Pro affirmativa facere san. quacunq. XXII. q. 5. qui dicit, quacumque arte verborum quis iuret, Deum tamen, qui conscientiae est testis ita hoc accipere, sicut ille, cui iuratur, intelligit. Facit & regula, quod dolus & fraus sua nemini debeat prodesse: Contrarium tamen sententiam videri probabilior, scilicet accipientem per fraudem & dolum verba

verba in alio sensu, quam præferunt, & quam accipiuntur ab eo, cui juratur, atque intentionem suam accommodantem ad significationem & sensum à se intentum, non obligari ex vi juramenti directè ad implenda verba, juxta sensum ejus, cui juratur, sed proprium tantum. Probat per textum generaliter loquentem in *can. Humane, anves. XXI. qu. 4.* ubi non verba, sed intentio & voluntas consideranda dicitur, cui verba deserviunt, non contra; ut cum intentio hic desit, vel limitata sit, non possit aliam producere obligationem, quam intentam.

Nihil obstat *d. can. Quicumque*, quia non loquitur de effectu inducendi obligationem, sed committendi culpam, quoad Deum, in quem propter fraudem commissam peccatum est. Nec patrocinatur hic fraus sua doloso, cum graviter peccet; & commodum temporale interdum quidem ex dolo suo aut maleficio quis reportat, de facto potius, quam de jure, ut vult reg. allata. Nihil etiam facit quod dictum supra, intendentem jurare cum intentione se non obligandi, nihilominus obligari, quia ibi est voluntas jurandi, quam tamquam causam sequitur obligatio ut effectus; hic autem voluntas desit, vel non alia est, quam limitata, ut non alias teneatur jurans.

Denique quaeritur & illud, An amphibologia uti liceat juranti citra perjurium? Resp. Prudenti viro amphibologia uti licere, citra perjurium, ubi causa necessitas aut utilitas exigit; qualis est, si agatur de salute corporis, de honore, de re familiari, aut alio actu virtutis, cujus occultatio est expediens; modo restrictio mente concepta sit proportionata verbis, & materiae, de qua agitur, vel talis, quae si voce exprimeretur, & cum alia orationis parte conjungeretur, congruum & verum sensum efficeret, ex quo apta & conveniens responsio resullaret. Sic si petatur rei secretæ revelatio, potest quis jurare, se nescire, cum tali restrictione, ut roganti dicatur, Judici non debite roganti, aut non competenti licet negare id, quod verum est, subintelligendo, quatenus licere, teneor: & Confessarius eadem restrictione potest negare se audivisse in Confessione alicujus peccatum, ut scilicet doceat, Navar. *ad d. can. Humane an-*

res. q. 1. & 2. n. 7. Sic multa leguntur in sacra Scriptura de Patriarcha Jacob, de Judith, & aliorum, & de ipso Salvatore, quæ citra restrictionem non possent salvari. Sententia hæc videtur probari *d. can. Humane*, qui habet, considerandam esse humanam intentionem, & secundum eam Deum judicare. Non est, quod dicatur proximus per telem amphibologiam decipi in foro exteriori, quia causa id permittit, quæ si non subsit, non foret extra reatum jurans. Quo modo judicem competentem judicem rogantem non licet tali amphibologia aut æquivocatione ludere, quia iniusta. Cavendum tamen, ne ex isto amphibologie usu formatur nimia loquendi vel jurandi licentia, quæ foret contra bonos mores. Citra calliditatem aliud mente agens aliquid jurans non tenetur, nisi juxta suum conceptum; serviant contra verba intentioni, non contra. Covarr. *De testib. p. 1. §. 3.* Vid. Navar. *d. can. Humane & intentionali c. 12. num. 8. 9. & 10. Ec. 25. num. 41. Lell. De Inst. & jure lib. 2. c. 42. Dubit. 4. m. 22. & Dub. 9. num. 47. & D. Malder. De abusivis juramentis. Sume & alie species juramenti, veluti calumnie, in litem, purgationis, restitutorii, de quibus suis locis.*

TITULUS XXV.

De Exceptionibus.

SUMMARIUM.

1. Exceptio quid?
2. Divisio exceptionum varia.
3. Præcipua est in reales & personales, & humanæ in dilatorias & peremptorias.
4. Exceptione quis uti possint.
5. Dilatoria quando proponenda.
6. Quando peremptoria.
7. An & post sententiam, & à quibus?
8. Pluribus exceptionibus reo uti permissum.
9. Exceptanti opponitur replicatio, & hæc duplicatio &c.

Impleta actoris intentione, ad exceptionem admittitur reus. * Quo nomine latius sumpto venit quævis defensio; strictè autem ex-

exclusio actori opponi solita, ad excludendum id, quod in intentionem condemnationem ve est deductum, *l. 2. l. Exceptio 21. h. t.* Juris gentium eam esse verius est, cum spectet ad defensionem sui, & sic exclusiva actionis, quæ origine est juris gentium. Abbas *hic in rubr.* Cujus autem juris est actus, ejusdem & est distractus.

Variè dividitur, Aliam juris, aliam facti quidam ponunt: quæ divisio non subsistit, cum exceptio facti propriè non sit exceptio, Est enim Excipere actionem excludere, quod non competit isti exceptioni, per quam negatur actio esse. A causa efficiente alia est Civilis, alia Prætoria, quæ divisio spectat ad jus civile, de qua actum *Instit. eod.* Alia justa, alia injusta.

Præcipua divisio est, quod alia sint Reales, quæ rei coherent, eamque sequuntur, danturque non tantum principali, sed & fidejussori, mandatori; alia Personales, quæ dantur intuitu personæ, aut causæ, eamque non egrediuntur, *l. 7. D. eod.* Hæ alia sunt Perpetuæ & Peremptoriæ, alia Temporales & Dilatoriæ. Illæ semper objici possunt in qualibet litis parte, unde Perpetuæ dictæ, & tollunt, perimuntque omnino actoris intentionem, unde dictæ Peremptoriæ, ut doli mali, metus, erroris, & similes. Hæ non perimunt ipsam actionem, sed suspendunt & differunt ad tempus, quæ postea utilis, unde dictæ Dilatoriæ & Temporales, cujusmodi est pacti de non petendo ante tempus *Instit. h. tit. §. temporales.*

Speciat exceptio, uti dictum, ad sui defensionem, ut ab ea proponenda nemo arceatur: adeo ut etiam excommunicatio liceat excipere, *c. 5. h. t.* uti & ab appellationis prosecutione non repellitur reus per exceptionem excommunicationis, *c. Significaverunt 11. h. t.* Sic & recusat judicem, *d. c. 5.* licet agere illi non permittatur, in odium excommunicationis, ut citius ad cor redeat, & ne quis cogatur cum eo communicare cum periculo animæ, *c. Exceptionem 12. h. t.* Ut ei agenti rectè opponatur exceptio excommunicationis, etiam ab eo, qui cum eo scienter communicavit; qui etsi deliquerit, non removetur tamen ab hominum communionem, *cap. 2. h. t.* Quod si pars exceptionem omiserit, judicis incumbit officio eandem repellere, *d. c. 2.*

Habens plura beneficia, contra alium de pluralitate excipiens, minimè est audiendus, *c. 3. h. t.* cum quod in se quis probat, non debeat in aliis reprobare; ut & de contra consonum juri & viri boni officio, quod in alio reprobatur, in se non probare, juxta tit. D. *Quod quisque juris in alium statuerit, &c.*

Quod ad tempus exceptionum proponendarum atinet, id diversum est. Nam dilatoriæ pleræque ante litis contestationem sunt proponendæ; cujus & ingressum impediunt, *l. pan. C. h. t. & l. fin. D. eod.* quia respiciunt ea, quæ judicium potissimum constituunt, personas scilicet locum, tempus: quo jam constituto, præposterè proponerentur, cum pars iis renuntiassè videatur, ante litem, aut intra terminum à judice adsignatum eas non proponendo, *c. 4. h. t.* nisi postea ex nova causa emerferint, aut justa ignorantia obfuerit juramento adserta, aut de iis postea proponendis protestatus sit reus, *d. c. 4.* aut judicium reddatur retrò nullum. Quo modo falsi procuratoris exceptio etiam lite currente opponitur; neque enim sententia talis dominum ligaret, cum inter alios acta aliis non præjudicent. Proponitur & excommunicationis exceptio quantum documque *d. c. 12. ex ratione paulò ante dicta.* Has etiam ante judicium probandas esse est verius, ne respondendo ju judicem consentire, agentiumve personas approbate videatur reus, *Glossa & D. D. in l. Exceptionem 19. Cod. de Probat.*

Dixi, pleræque quia sunt & dilatoriæ exceptiones ipsam causam respicientes, quæ poterunt & post litem coeptam objici, & probari, cum non videatur reus in ullo sibi præjudicare, ante litem non proponendo; cum ea, quæ causam concernunt, non nisi constituto judicio sint proponenda & tractanda.

Hinc peremptoriæ post litem coeptam proponuntur, quia judicium constitutum concernunt, *l. Si quis dem 9. C. h. t. l. Peremptoria 2. C. Sententiam rescindendi non pos.* Quædam tamen earum etiam ante litem proponuntur, cujus contestationem impediunt, quod ex earum objectu appareat, aut actionem non competere, aut solutum esse; cujus ordinis sunt, rei judicata, transactionis, jurisjurandi, *c. 1. de litiis contest. in 6 ubi Gloss.* quæ ideo & litiis finitæ dicuntur. Ratio est, quod præ-

præter rem principalem etiam concernant instantiam.

Post sententiam ne quidem peremptoriae rectè obijciuntur, d. l. Peremptorias, quia post sententiam nemo pulsatur. Excipitur exceptio S. C. Macedoniani, & Velleiani, hæc favore mæherum, illa odio forneratorum, ut & post condemnationem proponantur l. Tamen 11. D. ad S. C. Macedon. quodd non tam sententiam impugnent, quam executionem. Est & militi post sententiam excipere permissum, l. C. de luri; & facti ignor. Uti & donatio licet post sententiam opponere beneficium competentie, l. Nefernius 41. §. fin. D. de Re jud. quod non tam sententie injustitiam arguat, quam executionis rigorem. Idem quoque videtur dandum patrono, socio, & aliis, quibus est illud beneficium, eadem militante ratione; quæ & habet locum in compensatione l. 2. C. de Compensat. Audicitur & Clericus post sententiam excipiens, c. 3. inf. de Soluz. Quæ ita procedunt, nisi exceptio ante opposita à iudice fuerit rejecta; tunc enim ejus oppositio tamquam injusta non impedit, quominus sententia transeat in rem judicatam, non opposita appellatione, c. suborta 21. in fine inf. de sent. & re jud.

Potest autem quis non una tantum, sed & pluribus exceptionibus uti, quia plures defensiones non sunt prohibita, l. 5. C. h. t. etiam diversis, l. Nemo D. eod. non tamen contrariis, ne videatur opponens sibi contradicere; nisi alternativè proponantur, & conditionaliter ad tollendam contrarietatem, Zak. ad d. l. Nemo Nec obstat, quod actor una actione tantum experiarur, l. Nemo 43. §. 1. D. de R. I. nam ille paratus ad iudicium venit, ideoque apud se rectè statuit, qua actione utatur: reus verò ad iudicium imparatus trahitur, qui postea jus suum immeritò amittere, si non nisi uno modo passer se defendere.

Exceptioni contraria est Replicatio, qua actor elidit exceptionem rei; si minus iusta appareat, quam ut actionem excludat: cui iterum obijciatur Duplicatio per reum, per quam tolluntur in replicatione objecta. Ham refutat Triplicatio ex parte actoris, cujus objecta diluuntur per Quadruplicationem rei; & deinceps multiplicantur nomina, quoad objecta hinc inde diluenda veniunt, inf. de Replicat.

Est tamen iudicis modum præfigere, ne rectè infinitum abeat.

TITULUS XXVI. De Præscriptionibus. SUMMARIUM.

1. Præscriptio quid?
2. Usucapio quid, & cur introducta;
3. Requiritur I. ad usucapionem possessio.
4. Actioni personali quanto tempore præscribitur.
5. Res mobiles Ecclesia an triennio usucipi possint.
6. Possessio debet esse continuata.
7. II. Desideratur bona fides.
8. Tempus 100. annorum an purget malam fidem?
9. Dubiosus an rectè præscribit?
10. Completæ usucapione scientia rei aliena obliget ad restitutionem?
11. Bona fides necessaria etiam in successore.
12. Mala fides defuncti nocet heredi quoad usucapionem.
13. Quod & procedit iure Canonum.
14. Vitium Prælati non nocet successor.
15. III. Titulus iustus requiritur ad usucapionem.
16. Nec sufficit ritulus putati vici.
17. An titulus sit perbandus?
18. IV. Requiritur res sit præscriptibilis.
19. Beneficium Ecclesiasticum non acquiritur præscriptione.

Exceptionis species est Præscriptio, ut rectè subjungatur: * estque nihil aliud, quam exceptio temporis, quo alicuius rei quis possidet, domino eam vindicanti opposita. Inter hanc & usucapionem olim fuisse plures differentias hodie sublatas, patet ex Cod. de Usucap. transform.

Usucapio est adjectio domini per continuationem possessionis temporis lege determinatæ, l. 2. D. de Usucap. Introducta est bono publico, ut certa essent rerum dominia, & litium frequentia impediretur, l. 1. D. de lit. Quæ ratio de & à Canonibus approbata & recepta, atque in foro animæ locum vindicat, si tamen quatuor ad eam concurrant.

Requiritur

3 Requiritur quippe Primò possessio, sive qua nulla procedit præscriptio, c. 3. D. R. l. in 6. & quidem per tempus lege definitum, quod in mobilibus est triennium, in immobilibus verò longum tempus, scilicet decem annorum inter præsentem, viginti inter absentes. Ubi præsentem dicitur, qui in eadem provincia cum aduersa parte domicilium habet, ut conveniri possit, si ve res ibi sita sit, si ve alibi, absens verò, qui in alia provincia domicilium habet, l. fin. C. de longi temp. præscripti. Et hoc quantum ad actionem

4 realem: nam personali non præscribitur nisi longissimo tempore, quod est triginta annorum, tit. C. de Præscript. 30. vel 40. annor. Actioni hypothecariæ non præscribitur nisi spatio quadraginta annorum, l. 7. C. d. i. r. Quod tempus etiam requiritur in præscribendis rebus Ecclesiæ, c. 8. h. t. nisi quod res Romanæ Ecclesiæ gaudeant præscriptione centum annorum, c. Ad audientiam 13. Et 14. hoc tit. Et ibi Abbas num. 12. Et hoc quoad res immobiles.

5 Quæstionis est, An res mobiles Ecclesiæ usucapi queant triennio? R. Verius esse, in his locum habere triennalem præscriptionem; ex ratione, quod iure civili ita generaliter sit dispositum, & iure Canonico nusquam invenitur facta mutatio, ut procedat regula in c. r. inf. de novi operis nuntiat. Nec movere debet, quod iura Canonica passim indistinctè requirant quadraginta annos, nam id accipiendum de rebus immobilibus, secundum jus civile, Jason. in Auth. Quas actiones n. 4. Cod. de SS. Eccles. Abbas in c. 1. n. 11. sup. de Restit. in integrum. Vid. Covarr. ad c. Possessor de R. l. in 6. p. 2. §. 2. nu. 5. Less. de Inst. Et iure cap. 6. dubit 7.

6 Possessio ista sit continua necesse est: nam interruptio, si ve naturalis si ve civilis, etiam quæ contingit per malam fidem, faciet interrupti præscriptionem, cum, ut mox dicitur, hoc iure requiratur bona fides toto tempore currentis usucapionis. Censetur continuata possessio, non tantum si apud unum permaneat, donec compleatur, verum & si in alium transferatur, si ve titulo universalis, si ve singulari qua de re Inst. h. t.

7 Secundo, desideratur bona fides, quæ est illa conscientia, excusans possessoris ignorantiam. Et si enim bono publico introducta

sit usucapio, non est tamen æquum pro lubitu cuiusque eam procedere. Non est autem satis in principio bonam fidem adesse, secundum leges civiles, uti dictum, Inst. de usucap. sed Canonice requirunt toto tempore adfuit, c. fin. h. t. ex ratione, quod quidquid non est ex fide, peccatum sit; eo gravius, quod diutius detinet infelicem animam, c. fin. sup. de Consuet. Scandum autem hac in re decreto Canonum, quia agitur de peccato, quod non dimittitur, nisi restituito ablato, c. Peccatum 4. de R. l. in 6. Ubi nihil proderit longissimum tempus; neque enim hoc purgare potest malam fidem, cum non tollat peccatum, quod uti dictum non tollitur nisi per restitutionem ejus quod alienum esse dignoscitur, d. c. 4.

Quæritur autem, An tempus centum annorum purget malam fidem? R. Covarr. ad d. c. Possessor p. 2. §. 8. n. 5. tradere, aliquos id adfirmare, sed improbandam esse eorum opinionem, quod d. c. Possessor. dicatur possessorem malæ fidei illo tempore non præscribere: & c. Vigilanti §. h. t. nulla antiqua dierum possessio juvare malæ fidei possessorem: item d. c. fin. in nulla temporis parte debere adesse conscientiam rei alienæ. Quæ loca cum contineant universalem negativam, rectè ex iis colligitur ne quidem immemoriali tempore præscribi possit cum mala fide, propterea quod non purgatur mala fides, atque ita semper maneat peccatum, quod ab initio existens vitiat omnes actus sequentes. Covarr. d. §. 2. nu. 5. Abbas in c. fin. n. 15. h. t. Alex. Conf. 113. lib. 1. Ant. Faber lib. 7. Cod. tit. 13. defn. 2. Ut necessarium requisitum semper debeat, cum tempus illud supplete nequeat.

Q II. An dubitans præscribat? R. A. dubitante non rectè inchoari præscriptionem, eo quod in principio requiratur bona fides positive quam non ponit dubium; aliàs exponeret se periculo detinendi rem alienam. Dubium autem superveniens non sistit possessionem inchoatam, præmissa tamen, quantum in se est, omni diligentia super rei veritate: tunc enim procedit Reg. quod in pari causa sit potior possessor. Quo facit, quod præscriptione currente satis sit non intervenire malam fidem, quam non ponit dubium. Covarr. d. p. 2. §. 7. n. 3. Fachin. l. Const. cap. 65.

10 Q. III. Quid si completâ usucapione possessor intelligat rem fuisse alienam? R. Non teneri eum ad restitutionem, cum nequeat dici detineri alienum, cujus per justam legem habet sibi adjectum dominium, quæ à Canonibus approbata etiam in conscientia sibi locum vindicat. Covarr. d. loco p. 3. §. 2. n. 1. Si tamen hæc res alicujus conscientiam distinet, tutius ille restituet, cum & erronea conscientia peccatum ponat in contraveniente, qui non potest dici agere ex fide, etiam si res in se nullum peccatum habeat. Covarr. 1. Variarum resolut. c. 1. num. 2. Vide dicta D. h. tit. num. 60.

11 Bona fides non satis est, in eo sit, qui incipit usucapere; sed & in ejus successore esse debet, sive is sit singularis, sive universalis. Hac tamen differentia, quod ille etiam possit usucapere, licet auctor ejus non potuerit; hic verò usucapere nequeat, si auctorem ejus impediverit mala fides. Insti. de usucap. §. diutina. Ratio diversitatis est, quod ille non representet personam defuncti, non succedat in ejus vitium, sed sua fide nitatur; hic verò representet, & in omne jus defuncti succedat, l. Cum hæres D. de univers. & temp. prescrip. Ut rectè dicat Imp. in l. Vitis C. de acquir. poss. vitia possessionum à majoribus contracta perdurare, & successorem auctoris sui culpam comitari, quod omnino est extra controversiam, quando hæres vult uti accessione defuncti.

12 Questio est, An à se inchoando possessionem perficiat hæres usucapionem, non obstante mala fide, quæ in defuncto fuit? R. Verius esse, non prodesse illi tempus, etiam in casu, quo non vult uti accessione defuncti, cum dicta loca loquantur simpliciter, & nitantur eo, quod representet defuncti personam & vitium; representat autem etiam non utendo accessione. Ut limitatio ista, nisi velit uti accessione, sit præter mentem legum, cum nihilominus sit hæres, & à defuncto causam habeat. Ut rectè dicatur d. l. Cum hæres, exordium bonæ fidei rationem non tueri. Et facit, quod habet l. 4. §. hæres D. de usucap. hæredam ignorantia sua non excludere vitia defuncti; quod tamen dicendum esset, si à se inchoando possessionem posset perficere usucapionem, & rem suam facere. Covarr.

d. p. 2. §. 9. Vide dicta plenius ad D. h. tit. num. 62.

Q. An idem procedat jure Canonico? R. dicendum esse; tum quod hæc in parte nulli inveniatur Canones recedere à jure civili, ut procedat decisio cap. 1. inf. de novi operum riat. & regula jure civili recepta, quod non possit præscribere hæres id, quod non potest præscribere defunctus, quia personam & vitium ejus representet secundum dicta loca; tum quod teneatur hæres exonerare defuncti conscientiam c. fin. de sepult. Et licet persona defuncti non inficiatur delicto defuncti, non potest tamen dari justum initium, cum à defuncto ludo habeat, atque ita vitiosum, ut ille habeat & ita expresse tenet Abbas, in c. 2. n. 3. & c. diligenti n. 29. ubi vide addit. h. t. quem & alibi quuntur. Et rectè, cum nec hoc jure possit duci separatio possessionis, quæ fuit penes heredem, ab ea, quam habuit defunctus, quæ permutaret causam suæ possessionis, quod non est licitum. Ubi excipitur hæres, qui inventum confecit; nam ea res non minus facit hæres representare personam defuncti, ejusque vitium cum nihilominus sit hæres, Covarr. d. §. 9. Et hoc ita accipiendum, quando in defuncto fuit vera mala fides, non etiam si præscriptio aut ficta tantum. Covarr. ibid. n. 7. Quod si res aliunde quam à defuncto titulum habeat, non obstat ei mala fides defuncti, cum ea jure non utatur, l. an vitium §. 1. D. de diver. & temporal. prescrip.

Q. An vitium defuncti Prælati successorem impediat? R. Minimè, cum non succedat in vitium defuncti, sed novum consequatur ex nova translatione; ut nec vitium impediat, atque teneatur causam impedimenti, cesset & impedimentum, ut tradit Abbas, in c. 2. n. 8. & c. 4. n. 3. Felin. d. c. 4. n. 6.

Tertio, desideratur Titulus, qui est causa possessionis, seu jus, quo aliquid potest detur, habile ad domini translationem, & tradens fore Dominum, cujusmodi est emptio, donatio, dos, legatum, & similes tituli, de quibus D. & Cod. hac in materia. Hanc desideravit, quod injustum videretur non præcedente justa causa, pro cujusque actibus procedere usucapionem. * Ubi non testatur putare aliquem, quod justo titulo possideat.

si verò titulo careat, secundum Justinianum *Instit. de usufruct. §. error.* Cujus dicitur procedit si ex ea causa, quæ putabatur subesse, possessio non sit tradita, sed alio modo possessor eam nactus, ultro sibi hanc opinionem cepit, ut falso existimet sibi donatum, legatum, l. 1. *D. Pro donato.* Nam si ex ea causa res tradita sit, veluti si hæres ex causa legatorem tradiderit, quæ non erat legata accipienti bona fide curret usucapio, d. l. 1. *Et l. Quod vulgo 11. D. Pro emptore.* Ratio est, quod hoc in casu sit error probabilis, non etiam in illo. Et hoc ita in errore facti, & quidem alieni, in quo tolerabilis est ignorantia; nam error juris usucapionem non parit, l. *Nonnuquam 31. D. de Usucap.*

17 Quæritur autem. An titulus hic sit probandus? R. In longissimi temporis præscriptione non aliàs probandum esse, quàm si præscribenti obset jus commune, aut præsumptio Canonis, *et eod. in 6. Exemplum est in c. 7. h. 1. Et c. Cum contingat 9. inf. de Decimis.* Immemoriale tempus à tituli ostensione liberare, ex eo patet, quod sit locus constituti, d. e. 1. *eod. in 6.* Longum tempus non facit pro titulo præsumi, sed ille probandus est, cum d. e. 1. tantum loquatur de longissimo tempore, quod facit pro titulo præsumi. Clarus §. *Fendum 9. 19.*

18 IV. Requiritur, res sit talis, quæ præscriptionem non refugiat; quo modo non acquiruntur possessione res filii, §. *res filii. Instit. de Usucap.* Quod accipe de tempore longo; nam longissimum, id est quadraginta annorum spatium, contra fiscum currite videtur, quoad res jam adquirentes, per l. *Omnes 4. C. de Præscript. 30. vel 40. annor.* generaliter loquentem. Quod si debeantur quidem, necdum tamen sint adquisitæ fisco, decennium cum bona fide videtur sufficere; imo & interdum quinquennium, l. 2. *C. de Vestigialib. Et Commiss. Covarr. ad d. c. Possessor. p. 2. §. 2. n. 8.* Ut poenæ præscribatur, non requiritur bona fides, cum poenæ non debeatur in foro conscientie ante sententiam Covarr. in 4. *Decretal. p. 2. c. 6 §. 3. n. 31.* Non præscribuntur decimas laici, c. *Cum causam 7. h. 1. quæ de re latius inf. de Decimis*; uti nec alias res spirituales, quarum sunt incapaces. Prohibitæ & usucapi res dotales, pupillares. Minoribus non currit longum

tempus; uti nec illis, quibus non est agendi licentia, de quibus videatur Glossa in d. §. *res filii Et Cod. Quib. non obije. longi temp. præscr.* Non præscribit etiam subditus obedientiam contra Prælatum, c. *Cum non liceat 12. hoc tit.* Oldrad. *Conf. 254.* Jurisdicção tamen præscribi potest veluti jus Episcopale per inferiorem Prælatum, c. *Anatit 15. Et c. 18. h. 1.* Contra res coronarum non currit tempus nisi immemorabile, quæ de re latius Covarr. d. p. 2. §. 2. n. 9. Non præscribuntur etiam procuraciones debitæ visitantibus, c. *Accidentibus 11. Et c. Cum ex officio 16. h. 1.*

Q. An beneficium acquiratur præscriptione. Minimè; cum non possint beneficia obtineri sine canonica institutione, c. 1. *de R. Lim 6.* Triennalis tamen pacifica possessio cum titulo colorato prodest ad exceptionem Navar. *de Præben. Conf. 3.* Covarr. d. p. 2. §. 10. Si tamen adsit bona fides; nam aliàs nec in foro interno tutus quis est, nec in foro externo tolerandus. D. Peckius ad d. c. 1. n. 31. *de R. l. in 6.* Videatur hæc de re latius Rebuff. *de Pacif. possessorib. Gomez. ad Reg. Cancell. de trien. possess. 33.* Est & possessio unius anni in beneficiis; quæ facit contra possidentem non impetrari beneficium: nisi in litteris exprimat nomen, & alia conditiones possessoris, & ex vi impetrationis intra sex menses possessor in judicium vocetur. Rebuff. *De annali poss.*

TITULUS XXVII.

De Sententia & re judicata.

SUMMARIUM.

1. Sententia & res judicata in quo differant.
2. Sententia unde dicta & quid.
3. Sententia debet esse certa, & conformis libello.
4. Index conclusionem libelli an egredi possit.
5. Sententia qualiter proferri debeat.
6. Proferenda à judice competente, non tamen excommunicato.
7. Sententia contra Canones lata an sit nulla ipso jure?
8. Sententia valet non continens expressum juris errorem.

Y

9. Sen-

9. Sententia in causa matrimoniali non transit in rem iudicatum.
 20. Sententia lata ex falsis instrumentis vel testimonio non tenet.
 21. Sententia effectus est sopire litem.
 22. Item facere jus inter partes.
 23. Executio sententia concernit Dominum, non procuratorem.
 24. Executionem sententia qua impediunt.
 25. 18. Sententia executio ad quem spectet.
 26. Iudex loci an de novo cognoscere possit?
 27. Sententia duabus latis à diversis iudicibus, utra potior?
 29. Executio quo ordine faciendâ.

Allegatis utrimque probatis, quantum satis videtur partibus, restat, ut jus dicatur à Iudice, per sententiam, non interlocutoriam, quæ tantum fertur super aliquo incidenti, sed definitivam, quæ principalem causam determinat. De ea hic agitur, simul & de re iudicata; * quæ duo licet ad finem, diversa tamen sunt. Nam sententia se habet per modum agentis, & non tam negotio quam instantiæ finem imponit; res vero iudicata per modum facti, & controversiam omnino sopitam facit.

2 Sententia dicta, quod Iudex quid sentiat super re proposita declaret: quam Cujac. ad r. Cod. de Sent. & Interloc. om. iud. describit esse decretum, à Iudice competente interpositum, servato iudiciorum ordine, de summa vel capitulo quodam litis, continens absolutionem vel condemnationem. Decreti nomen latius patet, sed hic restringitur ad sententiam per verba, *absolutionem vel condemnationem*. Brevius alii definitionem rei controversæ dicunt.

3 Necesse est sit certa, l. Post sententiam 9. C. de Sent. & Interloc. om. iud. §. curare Instat. de Actioib. quia alias litem non ditimeret, imo non teneret; l. pen. & ult. C. de Sent. qua sine certa quant. prof. Et hoc, quatenus natura actus fert, quæ interdum est talis, ut incerta sit faciendâ, veluti si fructus petantur, ex obligatione alternativa agatur, l. Vbi autem 75. §. qui illud D. de V. O. Doct. ad d. §. curare. Sic libello confor: is, saltem qualitate, id est aliud non contineat, quam petitum, l. Vi fundus D. Communi divid. Quantitate ut respondeat libel-

lo non est necesse, cum contingat plus debere peti.

Ubi queri potest, An iudex ita sit adstrictus actioni, ut conclusionem actoris egrédias: quæc? R. Hoc videri, per l. Non potest D. de iudic. & alia jura vulgata, quæ volunt sententiam debere esse conformem libello, & secundum petitionem iudicari. Specul. de Sent. §. 4. n. 15. Vnde tamen Charondas s. Resp. 67. non ita esse adstrictum iudicem actioni, quin possit, æquitate postulante, adjudicari actori quid libello ejus non comprehensum, si ex actis pateat debentiam, l. Bonem. 47. §. aliquando D. de adl. edito. Quod quidem potest videri æquum, ad amittendum multiplicationes litium evitandas; nihil tamen faveret ejus sententiæ d. §. aliquando, si quidem in eo actio est intentata, quæ alteram continet, secundum quam non potest videri male iudicatum; l. Si quis qui heres 25 §. 1. de Except. rei iud. de dicta ad D. h. t. n. 47. Præterea contineat debet absolutionem aut condemnationem, neque enim sententia dicenda, quæ non liberat, aut obligat, l. 2. C. de Sent. & Interloc.

Ad formam ejus spectat, ut hinc inde allegatis & examinatis, postquam in causa conclusum, partibus convocatis, proferatur à ipso Iudice, nisi sit persona dignior, & sit, ut in 6. pro tribunali sedente, ut voluit, per Non. de Iudicib. 82. §. sedebunt: ut major sit attentio, & sedens quasi in solio suæ majestatis iudicet iustum iudicium; idque loco consueto, & scripto, nisi sit lis brevis, maxime vilium peronarum aut causarum, Auth. Nisi C. de Sent. & Interloc. recitandis.

Hoc verò præcipue desideratur ad valorem sententiæ, ut proferatur à Iudice competente qui jurisdictionem suam aut formam prescriptam non egrédias, sive is sit ordinarius, sive delegatus. Non sit tamen excommunicatus, quia in tali nulla res detur jurisdictionis: ad d. ut, si inter delegatos aliquis sit publicè excommunicatus, sententia concidat, & ad probandum 24. h. t. Denique respondeat officio præscripto juris, aut consuetudini, l. h. t. neque enim à jure scripto aut consuetudine recepta recedere illi datur, ut dictum sup. in Officio iudicis.

Unde hic quaesitum, An sententia contra canones lata sit ipso jure nulla, & R. Nullum

esse, secundum d. c. 1. h. t. Cujus decisio vera est, si contineat expressum juris errorem, c. Cum inter 13. h. t. Expressum errorem continebit, quando pronuntiat de jure constitutionis, v. g. decimas in aliena parochia posse præscribi sine titulo: est enim hoc contra c. 1. eod. in 6. Alia exemplum est videre in l. 1. §. item D. Quæ sententia sine appell. rescind. * Si non contineat expressum juris errorem, sententia valet, ut quando de jure litigatoris pronuntiat, non etiam constitutionis, d. c. 13. in fine, veluti si quis allegato privilegio competente, condemnatur nihilominus, eo tamen non expresso in sententia, d. §. item. Quæ transit in rem iudicatam, si non fuerit appellatum intra decem dies, c. Inter 20. h. t. habebiturque pro veritate, l. Res iudicata 207. D. de R. I. & quidem præsumptione juris & de jure, ut postea nihil amplius queratur, l. Postrem D. de Re iudic. & probatio in contrarium nulla admittatur, etiam per instrumenta de novo reperta, c. Suborta 21. h. t. Quod impeter sibi laesus, qui passus est sibi labi appellacionis terminum.

Excipitur causa matrimonialis, in qua non transit sententia in rem iudicatam, c. Lator 7. c. Tenor 11. c. 2. h. t. etiam si bis confirmata fuerit, & terminus ad provocandum sit lapsus. Ratio est, quod in reliquis aliquid operetur consensus non appellantis, c. Quod ad 25. h. t. in causa verd. matrimoniali consensus partis non appellantis nihil faciat ad matrimonii validitatem aut invaliditatem, quia fovet peccatum in dissolvendo matrimonio legitime contracto, aut consensu. illegitimè in initum. In publico quoque negotio ex nova causa permissum uti instrumentis novis, l. Imperatores 35. D. de re iudic. Excipitur & sententia lata ex juramento necessario, quæ de re sup. tit. 24. c. D. h. t. num. 17. * Lator item est falsis instrumentis, c. Cum l. c. A. 22. h. t. Ratio est, quod per ejusmodi sit circumscripta iudicantis auctoritas, ut sustineri nequeat ab eo prolatum; quatenus tamen probatur iudex talium instrumentorum fidem secutus ita pronuntiasse, l. 3. C. Si ex falsis instrum. Idem juris dandum sententiæ latæ ex falsis aut corruptis testibus, c. Sicut 9. sup. de Testib. eadem suffragante ratione, si iudex per eos pronuntiasse, l. Drons

33. D. de Re iud. c. dixi hac de re latius D. eod. tit. num. 33. 54. c. 55. Denique retractari potest sententia, si causa sit, quæ Pontificem aut Principem moveat, ut in c. 7. sup. de Dolo & Contumacia.

Effectus sententiæ est, sopire litem & controversiam, c. 2. h. t. saltem quoad instantiam, ita ut iudex eam retractare nequeat, quippe functus suo officio, sive æquam sive inquam sententiam dixerit, ut in ea causa iudex esse desinat, l. Iudex 55. De re iud. Quæ tamen ad causæ consequentiam spectant, ea omnia eodem die supplet, l. Paulus 42. D. h. t. Si sententia fuerit nulla, cum suo officio non sit functus iudex, ex integro causam cognoscere non prohibetur, l. 1. C. de Sent. & Interloc. Et hoc quoad definitivam, nam interlocutoriam revocare potest, cum interlocutiones plerumque, ut ait Imp. in l. 9. Cod. d. tit. non perimant causam.

Est & sententiæ effectus, jus facere inter eos, inter quos lata; neque enim aliis nocent inter alios acta, tit. Cod. inter alios acta vel iud. aliis non noc. Hinc contra unum hæredem lata non obstat alteri, qui in iudicio non fuit, l. 2. Cod. Quib. res iudic. non nocet, ubi ea de re agendi plenior est locus; nisi jus ejus, qui non egit, debeat à jure ejus, qui egit, c. pen. h. t. Papinianus 8. §. 16. D. de inoff. testam. c. l. Sapè 63. D. de Re iud. aut is, qui prius habet rei controversiæ defensionem, patitur agere sequentem d. c. pen. c. d. l. Sapè. Sic creditor passus debitorem agere super proprietate pignoris, matris foerum vel uxorem super re dotali, emptor venditorem super re empta, sibi præjudicant. Ratio est, quod tales videantur consentire iudicio; dummodo sciat causam agi is, cui primæ competunt partes. Covar. Pract. Quæst. c. 13. n. 7. Falli tamen hoc variis casibus, de quibus Glos. in d. c. pen. Vide dicta ad D. h. t. n. 131. c. seqq.

Ad executionem sententiæ quod attinet, illa dominum concernit, cum, licet condemnatio fiat in personam ejus, qui litem est contestatus, procuratoris scilicet, l. 1. C. de Sent. & Interloc. qui contestando litem sit ejus Dominus, actio tamen iudicati & Domino datur & in Dominum, in ejusque bona fit executio, cum ejus agatur negotium. Est autem perpetua, etiam in hæredem competens, ad

ad hoc, ut iudicatio satisfiat. *l. Miles 6. in fine D. de Re iudic.* & quidem in continenti parata in realibus: in personalibus quatuor menses dantur reo, *l. 2. C. de Vfuris rei iud.* Quod tempus prorogari ex causa potest, *l. 4. §. Si quis D. de Re iud.*

14 Impedit tamen executionem privilegium competentiae, *l. Sum qui 16. D. de Re iud.* Uti & oppositio nullitatis, falsitatis in continenti probanda: nam cum executio fiat summarie, *l. A divo Pio 15. §. si super rebus D. de Re iud.* non admittit exceptiones, quae altioris indagacionem requirunt, *l. 3. §. ibidem D. Ad exhiben.* Impedit & eam restitutio in integrum, *l. 1. C. Si adversus sent. appellatio de qua rit. seq.*

15 Spectat plerumque executio ad iudicem, qui sententiam tulit, si reus sit ejus fori: alias missio in bona decernit, cujus executio committenda iudici loci, ubi bona sita, *l. 2. §. contra-hentes, de Foro compet in 6.*

16 Ubi quaeritur, An iudex loci possit causam de novo cognoscere? R. Non videri: foret enim elusoria prior sententia. Audire tamen exceptiones super nullitate, super falso, illi permissum, non tam ut iudicet, quam ut remittat, *l. Si Prator 75. D. de Iudic. c. 5. ubi Innoc. h. 2.* Permissum & illi audire exceptiones, quae post sententias competunt, ut solutionis, & similes, de quibus non iudicatum. Guido Papa decis. 374.

17 Quid si contingat duas à diversis ferri sententias, utra erit potior? Si ad diversos spectet causa cognitio iure ordinario, illam praevalituram, quae pro reo est, quia favorabilior ejus causa, nisi sit evidenter iniqua, aut agatur causa favorabilis, vel pia, ut matrimonii, dotis, &c. *c. fin. h. 2.* Si verò ad plures spectet iure delegationis, ab arbitrio pendere delegantis, utra approbetur, quia jurisdictionem non suo, sed delegantis nomine exerceat. Ab arbitris latam neutram habere vigorem, *l. c. fin. §. l. Diem §. si plures, D. de Receptis qui arbitr. quòd diis nulla sit auctoritas, & inter partes non sit actum, cui eo casu sit standum,*

18 Ad executionem faciendam quòd attinet, illa spectat ad iudicem ordinatum, aut etiam delegatum, *c. Quarenti 26. sup. de Off. iud. deleg.* non etiam ad datum, cui tantum est commissa causae cognitio non etiam est jurisdi-

ctio. * Facienda primò in mobilibus, ut quòd minimum noceatur reo. Quibus deficientibus veniendum ad immobilia, *d. l. A divo Pio 15. §. 2. D. de iudic. secundum ea, qua ibidem dicta sunt n. 147. & seqq.*

TITULUS XXVIII.

De Appellationibus, Recusationibus & Relationibus.

SUMMARIUM.

1. Appellatio quid?
2. Appellari iure Canonico potest, omisso nudo
3. An recte sic appelletur ad Legatum de laici
4. Finis appellationis.
5. Appellatio aliqjudicialis alia extrajudicialis
6. Appellat quilibet gravatus, & cuius interst.
7. A quolibet iudice inferiori ad superiorem.
8. Laicus non appellat ad iudicem Ecclesiasticum.
9. Appellat & uterque, actor & reus.
10. Vtroque ad diversos iudices appellante quòd iuris?
11. Ab arbitro an appellare liceat.
12. Appellatur à qualibet sententia definitiva
13. Ab interlocutoria quando appelletur.
14. Ab executione an appelletur?
15. An à sententia lata, in iudicio possessori
16. An à poena?
17. A pronuntiatione poena appellari potest.
18. An à correctione appelletur?
19. Clausula, appellatione remota, an tam prorsus removeat?
20. Clausula ista in medio posita an adfuit & praecedentia & sequentia?
21. Appellandum vel viri à voce, vel per libellum.
22. Apostoli quid, qualiter & quando petendi.
23. Apostoli recusatorii, testimoniales, & conventionales.
24. Appellatio quando presentanda & prosequenda.
25. Appellanti à definitiva licet novis allegacionibus uti, non ab interlocutoria.
26. Effectus appellationis.
27. Appellatio ab aliquo incidenti an suspendat causam principalem?
28. Appellatio ab uno interposita prodest alii.

- 29. Sententia iudicis ad quem an extinguat sententiam iudicis à quo?
- 30. Appellationem de secrete quis dicatur.
- 31. Appellatio cessat reuocato gravamine.
- 32. Ab appellatione recedi potest. inuito aduersario.
- 33. Recusatio quid eiusque finis.
- 34. Recusatio quando proponenda.
- 35. Recusatur iure Canonico iudex etiam ordinarius.
- 36. An & iure civili?
- 37. Recusatio qualiter fieri debeat.
- 38. Appellatio suspendat iurisdictionem iudicis, ut gesta ab eo sint nulla.
- 39. Appellatione remota an & recusatio remota censetur?
- 40. Relatio & Consultatio quid?

Res sunt hujus Rubricæ partes. Prima est de Appellationibus, per quas sententiarum vis, ne in rem iudicatam transeat, suspenditur.

Appellatio est transitus à iudicio ad iudicium, siue ab inferiori iudice ad superiorem gradum facta provocatio. Dico, gradatim; quia omisso medio non rectè appellatur ad Principem. Imperatores 11. D. eod. quamvis appellatio non sit inutilis, cum ad proximum introducat, l. 1. §. si quis D. eod. Jure Pontificio aliter se habet, quo etiam immediatè appellari potest ad Pontificem Rom. c. 7. h. t. ex eo, quod non priuativè, uti Princeps laicus, sed cumulatìve cum inferioribus communicaverit suam iurisdictionem: ut etiam in prima instantia eam eo inchoatis à quo cumque possit, cum sit omnium Christianorum iudex ordinatus. Vide dicta ad D. h. t. n. 16. §. 17.

Quæritur, An ad Legatum de latere, vel Nuncium cum potestate Legati appelletur, omisso medio? R. Videri non rectè appellari, quod dicto c. 7. tantum hoc permittatur in Rom. Pont. propter potestatis præeminentiam, cui ab omnibus deferendum, c. Antiqua 23. in fine de Priuileg. ut in eo videatur speciale, atque ideo non extendendum. Contrarium tamen in usu esse tradit Speculator. de Appellat. §. 4. n. 15. qui fundatur in eo, quod vices Pontificis gerat. Quo facit, quod in c. 1. sup. de Off. Legati dicitur, legationis obtentu caus-

as per appellationem aut querimoniam ad eum delatas audire posse, & debere, propterea quod reputetur ordinarius in Provinciis sibi commissis, c. 2. de Off. Legati in 6. Ut cum appellatio ad ordinarium immediatum fiat, etiam ad eum rectè fiat tamquam ordinarium immediatum. Abbas d. c. 1. n. 7. Bald. c. 4. n. 5. sup. de Off. Legati.

Finis appellationis est, ut innocentibus subveniatur, imperitia & iniquitas iudicis corrigatur, ne per eum quis lædatur, l. 1. D. h. t.

Alia est Judicialis, quæ fit à sententia, alia Extrajudicialis, quæ fit ab actibus extrajudicialibus, quibus aliquis se gravatum queritur. Sic nominatus ad tutelam, si putet se gravatum propter rejectam excusationem, appellare potest, l. 1. §. si quis tutor D. Quando appellan. fit.

Appellat quilibet gravatus, etiam cum quo actum non est, si eius interfit, c. Cum super 17. h. t. §. l. 4. §. item D. eod. imo et si privatim non interfit. Sic pro eo, qui ducitur ad supplicium, tertium appellantem audiri vult humanitatis ratio, l. Non tantum 6. D. h. t. Excommunicatus appellans non rejicitur, cum ei non sit denegata sui defensio, ad quam spectat appellatio, c. fin. sup. de Except. & dixi ad D. h. t. nu. 4. §. seq. Rejicitur damnatus ex sua confessione judiciali, quæ manifestum reum constituit, c. Cum speciali or. §. porro h. t. §. l. 1. C. hoc tit. cum proprio testimonio resistere sit indignum, nisi allegetur causa erroris, arg. l. Generaliter 13. C. De non num. pecunia. Non auditur etiam qui expressè vel tacitè renuntiavit appellationi, gerendo aliquem actum coram iudice à quo l. fin. §. fin. D. de Temporis appellat. Scandum enim est pacto l. 1. §. 3. D. A. quib. appell non licet. Idem in eo, qui juravit stare iudicio Ecclesiæ, c. Ad hæc 20. §. 21. h. t. nisi laesionem ostenderit, d. c. 20. §. ibi Gl. Rejicitur & ille, qui non derulit appellanti in eadem causa, c. An sit 42. h. t. ex ratione regulæ: Quod quisq; iuris in alium &c. Ut & ille, qui tres conformes sententias contra se habuit, c. Sua nobis 65. h. t. §. tit. Cod. Ne liceat in una eademq; causa tertio appell. Ratio est, tum ut sit aliquis litium finis; tum quod præsumptio sit pro tribus conformibus sententiis, quibus acquiescendum, c. Item fin. h. t.

Appellatur regulariter ab omni iudice, & delo-



delegato & ordinario, ad superiorem, non etiam ad inferiorem, qui non potest corrigere defectum superioris, nec ad parem, cui non est iurisdicatio in parem. Hinc à Pontifice non appellatur, non à Principe, non etiam à sententia Præfecti prætorio, l. 1. C. de Sent. Præf. prætor. ne ejus explorata fides in dubium vocetur; ejus loco hodie habentur suprema Concilia, supplicare tamen contra eam licet Principi intra biennium, d. l. 1. * Laicus non appellat ad Judicem Ecclesiasticum, cum non sit ejus superior nisi forte ex defectu iustitiæ, aut nisi iudex secularis sit subiectus Ecclesiastico iudici, e. Si duobus 7. §. fin. h. t. aut Ecclesiasticus tempor. Item iurisdictionem exerceat, & causa controversa ejus sit fortis, c. 3. §. debet eod. in 6. Facit & consuetudo à laico ad Ecclesiasticum appellari, d. §. fin.

A delegato ad causam specialem appellatur ad delegantem, non etiam si universitas causarum delegata fuerit, e. Super 27. sup. de offic. deleg. Quo modo non appellatur ab Officiali ad Episcopum, e. 3. eod. in 6. Ratio differentiæ est, quia hoc in casu idem est tribunal delegati & delegantis; ab eodem autem ad eundem non appellatur: illo verò casu non est idem tribunal.

9 Appellatur autem non tantum ab uno, sed & ab utroque, si uterque læsum se conqueratur. Quod licet non sit necesse, cum unius appellatio faciat causam ad superiorem transire, consultum tamen, ne alteri præjudicet suum silentium.

10 Ubi quaeritur. Quid juris sit atrox appellante ad diversos iudices? R. Non esse locum huic quaestioni nisi iure Pontificio, quo etiam immediate appellari potest ad Rom. Pontificem. Eo itaque casu appellatorem ad Pontificem esse potius altero appellante ad ordinarium; decisum d. e. Si duob. 7. in prima. propterea quod is sit ordinarius omnium Christianorum, etiam in prima instantia, & ejus tribunal majus. Quod aliqui putant procedere, si prius ad Pontificem sit provocatum, non etiam si prius ad ordinarium. Minus rectè, cum etiam postea interposita appellatio ad Pont. prævaleat ei, quæ interposita ab altero ad ordinarium, quia textus in d. e. 7. indistinctè loquitur, & ratio, quæ in majoritate tribunalis consistit, cui cedit minus, l. Contra 54. in fine D. de Re jud. etiam hoc casu militat, quando nimirum appellatio

est permessa ad majus tribunal; ut in casu presentis, quo appellatio ad ordinarium erit sine effectu, nec poterit ille se immiscere. In tamen ignarus appellationis interpellat Pont. rectè cogit alteram partem ad comparandum coram se, quam & contumacem, contumacem se ad Pont. appellasse, puniet.

Quæritur & illud, An ab arbitro appellare liceat? R. Non licere, iure utique civili, l. Cod. de Receptis arbit. sive adjecta sit pignori compromisso, sive non: tum quia per appellationem suspenditur iurisdicatio, quæ in arbitro; tum quia sententia arbitri non appellatur, quam si expressè vel tacitè lapsus fuerit dierum sit comprobata, l. Cod. d. 111. Ubi potest impurandum, quod intra istos dies non contra dixerit. Si tamen ex consensu partium à preiudice sit datus iudex, ab eo appellari poterit, l. consensu 23. D. h. t. Ab arbitrato arbitrorum, cum petatur reductio ad arbitrium boni viri, ob læsionem, appellatio loci esse non quæ, l. Societatem 66. in fine D. Pro socio. Non obtinet de iure Canonico, cum non pateat in parte quid esse mutatum, imo potius comprobatum, can. A iudicibus II. q. 6. Dixi ad d. A quibus appell. non licet n. 11.

Appellatur à qualibet sententia definitiva, valida tamen, quia appellatio habet vim suspensionis ejus, quod sub. st. nihil autem libella si sententia non teneat, sit. C. Quando procos. non est nec se, etiam in criminalibus, l. Ad istum 19. C. h. t. in quibus & alius pro invito appellatur, ut dictum supra, quod omnium interfectores defendi, eosque sponte non petere, l. 4. D. h. sit. In crimine notorio ne utriusquam appellatur appellans, ne malitiæ indulgeatur, c. Cum speciali 61. h. t.

Ab interlocutoria non appellatur iure civili, nisi gravamen inflictum per definitivam corrigi nequeat, l. pen. C. Quorum appellatio non resp. quod præsumat tantum litis differentia causam eam interponi. Iure Canonico ab interlocutoria, & à quovis gravamine appellatur, e. 3. eod. in 6. quod satis sit temporis gravamini occurrere, quam post læsam causam remedium querere, non raro frustra. Ubi tamen opus est causæ expressione, ne frustratorie videatur interposita. Verum eam iure veteris appellandi libertatem restrinxit. C. de

Trid. Sess. 4. c. 10. de Reform. non alias permit-
tente appellacionem ab interlocutoria, quam
habeat vim definitiva; & cuius gravamen per
appellacionem a definitiva reparari nequit:
quod ipsum facti est, ac rei natura ac conditio
deterere solet.

14 Q An appelletur ab executione? R. Neu-
tro iure id permillum esse, l. 5. C. Quor. appell.
non recip. Ec. Novi. ille 43. h. t. quod videat
cur fientia fraudem executionis, post appro-
batam silentio sententiam; cum executor,
etsi nova sit persona, juris tamen interpreta-
tione eadem sit cum eo, qui executionem
mandavit: cuius factum potius esse intelligi-
tur, quam exequentis, qui tantum habet nu-
dam facti explicationem. Nisi tamen modum
excedat, propter gravamen, quod parti iacet,
d. c. 43.

Non appellatur etiam a sententia super ju-
ramento lata, propter transactionem, quae sub-
est, l. 2. D. de Iurjur.

15 Q An appelletur a sententia lata in posses-
sorio? R. Ita videri hoc iure, Clem. 1. de sequest.
poss. quo a quolibet gravamine appellari po-
test Covarr. Pract. quast. 23. n. 8. Aliter se-
rem habere iure civili vult Cujac. l. unica Cod.
de moment. possess. propter celeritatem refor-
mationis, quam ejusmodi causa desiderat. &
quia gravamen in petitorio corrigi potest, Co-
varr. autem d. loco vers. Secunda conel. admittit
quidem appellacionem quoad effectum devo-
lutionis, non etiam suspensionis, cum velit
executionem minime impediri, Quod quatenus
procedat secundum Conc. Trid. dictum
paulo ante.

16 Quæritur etiam, An appelletur a pœna? R.
Non potuisse olim a pœna legitima appellari,
l. Si quæ pœna 2. 44. D. de Verb. signifi. Ellet e-
nim a lege provocare, cum, ubi de crimine
constat, pœna lege definita inferenda ven-
niat, de cuius iniquitate non est querendum.
Comparata enim appellatio juris tuendi, non
etiam infringendi gratia. * A pronuntiatione
vel declaratione pœnæ appellari potest: cum
& is, qui ad supplicium ducitur, appellare
possit, & alius pro eo, c. Cum sit Romana 2.
in fine h. t. ubi auditur appellans damnatus rap-
tinae vel violentæ in viaouis, c. l. 6. D. eod.

Ratio est, quod declaratio non sit legis, sed
hominis: ut non tam de legis iniquitate con-
queratur appellans, quam hominis excessione,
nisi appellanti desit iusta causa, ut quia deli-
ctum est notorium facti evidentia, aut confes-
sionem rei, d. c. 5. in fine. Capella Tolos. dec. 441.
Hodie a pœna appellari potest, cum extra or-
dinem agatur, & pœnæ sint arbitrarie, l. Hodie
13. D. d. pœnis. Cujac. ad c. ad nostram 3. h. t. & ad
l. alius fraus 131. D. de V. S.

Hinc deciditur quæstio, An a correctione
appelletur? R. In c. 3. h. t. Religiosis & Mona-
chis, quibus pœna injuncta secundum Or-
dinis sui regulam, appellacionem denegari,
quod ejusmodi regula sit illis pro jure & le-
ge, a qua appellantes ejus arguerent iniquita-
tem, quod foret temerarium. Et sanè Religio-
sis ut actior ex regula Ordinis vita, & humi-
litaris, obediendi, æque necessitas major, ita
minor danda audacia delinquenti: quæ da-
retur, si, quando pro excessibus corriguntur,
appellandi iis potestas concederetur. Verum
quia contingit non raro, superiore in cor-
rectione excedere, aut aliam pro alia pœnam
indicare, quidni licebit appellare gravato,
cum nulli sit deneganda sui defensio? Et ita
colligitur ex c. Reprehensibilis 26. in fine h. t. &
c. Irrefragabili 13. sup. de off. jud. ord. & vult Ab-
bas ad d. c. 3. n. 1. ne quid forte superiori malè
affectu liceat tentare impune, maximè nulla
causæ cognitione præmissa, contra c. Qualiter
24. inf. de accusat. nec audita parte, sed tantum
delatoribus præcipue in propria causa testan-
tibus, ut lucellum aliquod consequantur: Alii
distingunt inter regulares & sæculares, quod
illi non appellent, hi verò appellantes audian-
tur, ex d. c. 3. h. t. quod de regularibus loqui-
tur, Henr. Bonic. ad d. c. 3. ubi alios citat. Vide-
tur tamen eadem in utrisque ratio. Aliis non
malè videtur in correctionibus nequam ad-
mitti appellaciones quoad effectum suspen-
sivum, secus quoad devolutivum. Vide hæc eadem
repetita ad tit. D. de app. lationibus recip. vel
non, n. 13.

Non appellatur etiam, quando causa est de-
legata per clausulam, appellacione remotâ, vel
appellacionis obstaculo, sive remedio, non obsta-
te, aut appellacione cessante, aut simili.
Ubi de effectu ejus clausulæ quæritur, An
protus appellacionem removeat? R. Hoc
videtur

19
Z 2

videri, *d. c. 3. §. l. 1. §. fin. D. Aquibus appell. non licet*, quatenus per Principem aut Imp. ejusmodi clausula est apposta: i tamen contrarium esse, quod per Pontificem aut Imp. eripi nequeat, quod est juris naturæ, scilicet defensio sui, ad quam diximus pertinere appellationem. Cujus objectionis causa, ut dictam clausulam quidam salvent, non alias ei locum esse volunt quam ut removeat frivolam appellationem, non etiam eam, quæ justa est & gravis, cum non censetur Pont. aut Princeps alicui jus suum eripere sine causa, & sine causa lædere. Jafon. *ad l. 3. §. si is pro quo n. 1. D. Quod quisque juris etc.* Et ita communiter istam clausulam recipi testatur Gail. *l. Obser. c. 32. n. 5. per text. in c. Ex parte 12. sup. de Off. & Potest. jud. deleg. etc. inter 9. sup. t. proximo.* Verum sic nihil aut parum operabitur ista clausula, cum etiam sine ea appellationes frivola: sint rejiciendæ *cap. 5. eod. in 6. ubi dicit Pont. illis nec justitiam deferre, nec à giudice deferendum esse.* Dicendum, per ejusmodi clausulam ceteri remotam eam appellationem etiam justam ac probabilem, quæ expresso aut speciali jure non est indulta, ut eam interpretatur ipse Pont. in *c. Pastoralis 13. hoc t. ut illi clausula: insit conditio, sive exceptio. Si expresso jure appellatio non est permissa.* Ut ejus vis non pertingat ad ea, quæ nominatim lege caventur, *l. Sanctio 41. D. de Poenis.* Si tamen pars, appellatione justâ rejectâ, injustè gravata fuerit, recursus ad superiorem non est illi præclusus, per quem gravamen emendetur, *d. c. 13. h. 1. & ibid. D. Wamef. Dixi plenius ad t. D. A. quibus appell. non licet. n. 6. & 8.*

30 Circa prædictam clausulam alia est quaestio, An eam in medio posita & præcedentia & sequentia capitula adficiat? Responder Pontifex, una in parte adjectam hanc clausulam, non repetitam in singulis, diffundi in omnes articulos, quacumque parte id sit, si & aliis subit eadem ratio, ne ejusdem loci articuli diverso jure censentur, cum hujusmodi causæ adjectio ad præpositæ rei determinationem pertineat, *c. Secundo requiris 41. h. tit.* Dubium movet Gregor. ix. in *c. Inquisitioni 71. h. 1.* ubi referiþit clausulam istam in medio positam complecti præcedentia tantum, non etiam sequentia. Verum loquitur Pont. in casu, quo plura sunt negotia se non con-

tingentia, nec sibi coherentia: separata enim ut separata est ratio & consideratio, quoque non facili eorum in unum compendio. Atque hæc res cum ex mente referenda pendeat, ut ait Pont. *d. c. 41. ea inspicenda sunt, quæ sæpè dubiam parit hæsitacionem.* Felin. in *c. Causam 18. n. 4. sup. de Rescriptis Wamef. ad d. c. Secundo requiris.*

Cæterum appellatur vel in continenti vii voce, coram giudice, vel ex intervallo, per libellum, qui contineat, à quo appelletur, ad quem, à qua sententia, *l. 1. in fin. D. eod.* Et hoc quidem intra decem dies, quorum lapsus sententiam transire in rem judicatam, *l. 1. ad 15. sup. de Sent. & Re jud. nisi iudex copiam non fecerit, l. 1. §. dies autem D. Quando appellan. sit,* quod tum non fiet per partem, ut non veniat puniendâ.

Post appellationem petendi sunt apud hoc est litteræ dimissoriae, quas tradit iudex quo appellationi deferens ad iudicem ad quem continentis appellationem esse interpretatur. Sicut hi instanter petendi, ne videatur appellationi renunciatum, *l. 1. D. de Libellis dimissis* quidem intra tringinta dies, computandis tempore latæ sententiæ, secundum communem opinionem, *l. iudicibus 24. C. h. 2.* Appellationi non deferens sine causa. Iudex punitur, *l. Quoniam 21. C. h. 1.* Appellationi ad Pontificem interpositæ non deferens mittendus ad eam puniendus, *c. de Priore 31. h. 111.* Si denegatur apostoli à iudice per injuriam, queritur super ea re potest deponere appellans, *l. 8. de appellationem 31. C. h. 1.* Sunt & apostoli retractoris, quos dat iudex appellationi non deferens. Sunt & testimoniales, qui dantur causâ testimonii super appellatione proposita coram iudice recusante apostolos dare, vel coram illa publica vel honesta persona, non datâ iudicis copiâ, *c. fin. h. 1.* Sunt & conventionales, quos dat pars adversa admittens appellationem, sive extra, sive in iudicio.

Præsentandæ appellationi tempus non est definitum, sed arbitrio iudicis relictum, *c. 1. h. 1.* Prosequendæ appellationi à jure præfixum est tempus anni, ex causa datur biennium. Qua tempora dicuntur fatalia, & lapsa faciunt appellationem videri deferentem, *Auth. Et qui C. de Temporib. appellat. nisi per iudicem*

judicem appellationis steterit, aut alia fuerit
iusta causa, c. ex ratione 8. h. t.

25 Licitum autem appellanti à definitiva non
allegata allegare, non probata probare, l. eos
6. §. 1. l. in offerendis 35. C. h. t. non etiam tes-
tes producere super iisdem aut directè con-
trariis articulis, Clem. 2. de Testib. qua de re
actum supra de testibus. Judex appellationis
ab interlocutoria ex iisdem actis iudicat, no-
vis allegationibus non admissis, Clem. 5. h. t.
ubi Gl. V. nec processus, & dictum hac de re ad
tit. D. Nihil novari appell. interposita n. 12. &
segg.

26 Effectus appellationis est, suspendere juris-
dictionem iudicis à quo in ea causa: in qua ni-
hil innovandum, tit. D. Nihil novari appell. in-
terpos. sed integer status est servandus, qualis
fuit in prima instantia, ad cuius principium
res reducitur. Attentatum si quid fuerit an-
te omnia revocandum, c. Non solum h. t. in 6.
Collatio beneficii est irrita, uti & subsecuta
sententia excommunicationis, c. dilectis 55. h. t.
quod prior iudex careat jurisdictione. Dico,
subsecuta; nam antè lata non suspenditur,
quod secum trahat executionem, c. Is cui 20.
de Sent. ex com. in 6. à qua tamen absolutio da-
tur ad cautelam c. Quà fronte 25. h. t. Et hoc
ita quoad appellationem ex iusta causa, quia
aliàs non tenet, & à tota causa, cap. 5. eod.
in 6.

27 Quid si tantum ab aliquo incidenti sit ap-
pellatum? Posset videri, non licere iudici à
quo se principali amplius immiscere, sive quia
non convenit coram diversis iudicibus eodem
tempore eadem de causa inter eosdem agi, si-
ve ne continentia causæ dividatur & separe-
tur, l. 1. & 2. D. de quib. reb. ad eand. iud. eatur.
Verum hoc procedit, quatenus incidens ita
cohaeret principali, ut sine eo principalis cau-
sa remicari nequeat; aliàs permissum est ju-
dici à quo in principali causa procedere, c. Su-
per eo 10. h. t. Uti & appellatio in una causa
non facit, quod minus in aliis agnoscat appel-
lans eundem iudicem, l. 1. D. Eum qui appell.
neque enim iurisdictio impeditur, nisi in una
ista causa.

28 Habet & eum effectum appellatio, quod
ab uno interposita & aliis profit, quatenus
una sententia condemnari, idemque negotium

& eadem defensionis causa existit, c. per h. t. l. 1.
& 2. C. Si unus ex pluribus &c.

Q. An subsequens sententia iudicis ad
quem extinguit sententiam iudicis à quo? 29
Resp. Indistinctè, sive confirmans sive re-
formans sententia subsequatur, iudicem à
quo se immiscere non posse, & executio-
nem fieri secundum posteriorem sententiam
licet conformem, l. Furti 6. D. de his qui not.
infam. cum cui auctoritatem meam impar-
tor, hoc meum faciam. Et hoc, si senten-
tia sequatur, parte appellationem prosequen-
te, nam si eam deserat, priori iudici redire-
gratur sua iurisdictio l. fin. §. illud C. de Temp.
appellat. * Deferere censetur, non tantum
qui expressè renuntiat, c. Directè 39. hoc tit.
sed & tacitè, intra tempus non comparen-
do, c. Gratum 20. sup. de offic. iud. deleg. Nisi
protestatio subijuncta faciat hung effectum
impediti, quæ tamen & faciet eum non audi-
endum coram iudice à quo, c. Sollicitudinem
54. h. t.

Facit & appellationem cessare revocatio gra-
vaminis per iudicem à quo, quia cessante caus-
sà cessat effectus, c. cum cessante 60. h. t. Appella-
tioni renuntiasse minimè censendus, qui pe-
tit à iudice à quo attentata reparari, c. cum re-
neamur 17. h. t. cum ea res non spectet alio,
quam ut inoffenso pede appellatio peragatur,
* Potest autem recedere pars ab appella-
tione, invito adversario, cujus non sit pejor con-
ditio; licet non impunè tum adversario veniat
dammandus in expensas, quia recessus iste indi-
cat temeritatem appellationis, c. interposita 70.
§. ille h. t.

Secunda Rubr. pars est Recusationibus:
quæ sunt alligaciones suspecti iudicis, ratio-
ne odii, favoris, conjunctionis, amicitie cum
altera parte. Finis est ut litès majori sincer-
itate procedant: et si enim iudicis fides publicè
sit probata, minus tamen æquum, ejus, quam
privatæ causæ reddunt suspectum, iudicio sta-
re cogi.

Proponenda recusatio ante litis contesta-
tionem, imò & ante aliarum exceptionum 34
objectionem, ne quis eas opponendo in ju-
dicem videatur consensisse, c. inter 20. sub de
Sent. & Re jud. Nisi fortè post litem conte-
statam exorta fuerit causa, aut tum demum
ejus

eius scientiam habitam fuisse juramento adferat recusatio. *se. Pastoralis 4. sup. de iurjur. R. movet enim eo casu ignorantia consensuum in approbationem iudicis. Covarr. Pract. qq. c. 26. n. 2.*

35 Recusatur hoc iure, tam ordinarius, quam delegatus, etiam a Pontifice, ut saepe rescriptum est praecipue *in eum speciali 61. h. t. & c. s. de officio iud. deleg. in c. ne alicujus causam contingat contra iustitiam laedi.*

36 Quaeritur verò, An & iure civili ordinarius recusatur? Resp. Possè quidem delegatum à Principe recusari, ut sine suspitione lites procedant, *l. Apertissimi 16. Cod. de iudic. in coque coovenire ius Canonicum cum civili; ordinarium verò recusari non posse, cum dictae leges tantum mentionem faciant delegati; & Auth. Si verò Cod. d. tit. velit ordinario iudici esse adjungendum. Episcopum loci: & ita tenet Gloss. & Jaton num. 4. & alii in d. l. 16. Ratio diversitatis videtur consistere in praesumpta fide & iustitia iudicis ordinarii, vel potius in eo, quòd splendor Magistratus non debeat obscurari recusatione. Et ita habet communis opinio. De moribus non adsumitur Episcopus, sed alius vir bonus & candidus, ut ex aliis refert Covarr. Pract. qq. c. 26. n. 1.*

37 Debet autem recusatio fieri ex causa, eaque proponi ipsi recusato, *d. cap. 61. in princ. & quidem in scriptis, ad modum appellationis à sententia interlocutoria, Clem. 5. h. tit. cui est similis: quae non examinanda à iudice recusato, ne in propria causa sit iudex, sed ab arbitris, à partibus ipsius vel simul cum iudice electis, d. c. 61. Instituta autem recusatio ex causis propositis, non aliis, etiam ad instar appellationis ab interlocutoria, d. Clem. 5.*

38 Q. An recusatio ita suspendat jurisdictionem iudicis, ut postea ab eo gesta fiat nulla? Resp. Hac in re variare Imperpp. verisorem tamen videri sententiam, & communiozem, aditentium esse nulla. Nam cum iudici sic recusato detrahatur aut saltè suspendatur iudicandi potestas, ex ratione super allata *ex d. l. 16. ut sine suspitione lites procedant, non possunt acta valere; argumento appellationis, quae facit postea à iudice gesta nulla esse, ut dictum. Quod si recusatio fuerit*

frustratoria, per eam minime suspendi jurisdictionem dubium non est, *arg. t. Pastoralis h. t. Ang. in §. ergo si quidem n. 2. Infit. de Fideicom. hered. Quod & dicendum, si recusatione remota, causa delegetur per Pontificem, arg. d. c. 53.*

Unde quaeri possit. An appellatione remota censetur & remota recusatio? Resp. Communem quidem Rubr. hanc habere de appellationibus & recusationibus, & ad eundem finem aliquo modo utramque tendere, quòd illa remedium adhibeat laesae causae, haec futurae laesioni provideat; esse tamen & in nominatim eas differentiam, & in re. Ut non rectè dicatur ab una ad alteram argumentum similitudinis, & dicendum sit remotam recusationem non videri, per expressum text. in *c. Postremi 36. h. t. in quo, non obstante clausula (appellatione remota) causa tamen iusta facit recusari posse iudicem. Et hoc ante contestatam litem, secundum textum in l. Apertissimi 16. C. de iudic. ubi appellatio remota non facit ante contestatam litem recusari non posse iudicem. Imò ne quidem remota appellatio & recusatio facit hanc non posse obijci ante litem, *l. fin. C. de Sent. & Interloc. Verum obijci videtur c. Super eo 12. §. 1. h. t. in quo ubi appellacionis remedium est sublatum, uti appellationi, ita nec recusationi esse deferendum dicitur. Verum non incommode iste textus accipitur de recusatione post litem contestatam, non etiam de ea, quae ante proponitur. secundum iura civilia iam allegata, quibus potius conciliandi Canones, si aliud non pateat, quando loquuntur indistinctè, secundum ea, quae traduntur, *inf. de novi op. nuntiat.***

Tertia Rubr. pars est de Relationibus: quae non sunt nisi consultatio ad Principem facta à iudice, dubitante, quid in causa statuere debeat. Quae integrè referenda, & taliter, ut ad plenam instructionem nihil desideretur: qua ratione & exemplum relationis partibus est edendum, ut, si fortè minus integrè videatur facta relatio, illis liceat referatarias preces offerre, *l. 1. C. de Relationib. ne silentium praedictet, c. Intimasti 68. & ibi Gl. h. t. Pronuntiat autem iudex secundum hoc, quod rescribitur, à cuius pronuntiatione parti gratè appellare licere videtur, non tamquam*

injuria concurrente à Principe illata, sed arguente judicis calliditatem, ejusque subreptionem aut obreptionem commissam in causa relationis, l. 1. §. 1. D. eod. Relationes istæ ante sententiam postea prohibita sunt jure novissimo, *Auth. novo jure C. h. t. ubi causa examinata sententia est terminanda*, & executioni mandanda, nisi ab ea appelletur. Consultationes, quæ fiunt ad Principem à judice, ante litem inchoatam dubitante, non sunt sublata.

TITULUS XXIX.

De Clericis peregrinantibus.

SUMMARIUM.

1. Romipeta appellantes sunt sub protectione summi Pont.
2. Modo integra adhuc sit res.

Appellationis instar est, Romam versus iter arripere, appellationis interponenda causa: ut hac via bona eorum in patria relicta constituantur interim in protectione Rom. Pontificis, eaque in causa nihil sit innovandum, & quod attentatum fuerit, revocandum, c. 1. h. t. * Et hoc, quatenus res integra, nam si præventus fuerit per citationem, etiam solam, Judex in causa procedet, c. 9. sup. de appellat. Ut generaliter, ad subreugiendum coram aliquo ceptum negotium, in jus vocato nihil prodest, quod postea alterius fori esse coeperit; ut in ea causa jus revocandi domum non habeat, l. 7. D. de judic. ubi enim judicium acceptum sive susceptum, ibi finem accipere

debet, l. ubi acceptum 30. D. h. tit. Deinde pro citationem, non tam gravaminis depellendi quam frustrandi judicii per malitiam, cui non deferendum, videtur iter arripuisse.

TITULUS XXX.

De Confirmatione utili vel inutili.

SUMMARIUM.

1. Confirmari à superiore qua soleant.
2. Confirmatio utilis & inutilis qua dicatur.

Confirmari soleat à superiori ad majorem securitatem contractus, c. 2. sup. de Paet. arbitria, c. 7. h. t. electiones, sup. de elect. collationes, c. fin. h. t. administrationes concessæ, c. 5. h. t. sententiæ, c. 3. h. t. * Confirmatio si valeat, dicitur utilis, nec inferior judex ei contravenire, aut de ea judicare potest. Inutilis erit, si contineat aliquod vitium subreptionis: debet enim suffragari veritas, & debent preces aiti veritate, secundum dicta superius, ad tit. de Rescriptis. Inutilis erit etiam, quæ sententiam contra formam communem Juris latam confirmat, d. c. 7. h. t. quod subsit conditio, quatenus providè lata. Sic & collati beneficii confirmatio censetur facta, quatenus juste possidet impetrans, c. 5. inf. de possess. praben, & privilegii aut administrationis confirmatio nihil novi juris dat, sed quod competeat conservat, c. 4. h. t. Ita tamen hæc vitia obstant nisi ex certa scientia Pontifex actus defectum suppleverit, c. 1. sup. de transact. Vide Rebuff. in Praxi benef. tit. de nova provisione.